Nos aūt gloriari oportet in cruce dñi nr̄i iesu christi: i quo est salus: vita et resurrectio nr̄a: per quē saluati ꝫ liberati sum?. ℣Ps. De? misereat nr̄i ꝫ bñdicat nob: illuminet vultū suū sup nos et misereat nr̄i. **Oro.** Deus a quo ꝫ iudas reatus sui p̄nā ꝫ ℣confessionis sue latro p̄miū sumpsit: cōcede nob tue propiciatiōis effectū: ut sicut i passiōe sua iesus christus dñs noster diuersa utrisq̄z intulit stipēdia meritor̄: ita nob ablato vetustatis errore: resurrectionis sue gloriam largiat. Qui t. **Ad Corinthios. j. ca. xj**

Fratres: Cōuenientib? vobis i unū: iā nō est dominicā cenā manducare. Unusquisq̄z em suā cenā p̄sumit ad māducādū. Et ali? quidē esurit: alius aūt ebri? est. ℣Numq̄d domos nō habetis ad māducādū ꝫ bibendū? Aut ecclesiā dei cōtemnitis: ꝫ ℣confunditis eos q̄ nō habent? Quid dicā vobis? Laudo vos: in hoc non laudo. Ego em accepi a dño q̄d et tradidi vobis: q̄m dñs iesus in q̄ nocte tradebat: accepit panē ꝫ gr̄as agens fregit ꝫ dixit. Accipite et māducate. ℣Hoc est corpus meū q̄d p̄ vobis tradetur. ℣Hoc facite in meā cōmemorationē. Similiter ꝫ calicē postq̄z cenauit dicēs. ℣Hic calix nouū testamentū est in meo sanguine. ℣Hoc facite quotiēscunq̄z bibetis: in meā cōmemorationē Quotienscunq̄z em manducabitis panē hūc ꝫ calicē bibetis: mortem dñi annūciabitis donec veniat. Itaq̄z q̄cūq̄z manducauerit panē vel biberit calicē dñi indigne: reus erit corpis et sanguinis dñi. ℣Probet aūt seipsum homo: ꝫ sic de pane illo edat: et de calice bibat. Qui em manducat ꝫ bibit indigne

iudiciū sibi manducat ⁊ bibit
nō dijudicās corp⁹ dñi. Ideo
inter vos multi infirmi ⁊ imbe
cilles: et dormiūt multi. Nō si
nosmetipsos dijudicaremus:
nō vtiqz iudicaremur. Dū iu-
dicamur autem: a dño corripi
mur: vt nō cū hoc mūdo dāne-
mur. Grad. Christ⁹ factus est
p nobis obediens vsqz ad mortem
mortē autē crucis. ℣. Propter qō
et deus exaltauit illū: et dedit illi no
men quod est super omne nomen.

A Scōm Johannem. xiij.

Ante diē festū pasche sciēs
ihesus quia venit hora eius vt
trāseat ex hoc mūdo ad patrē:
cū dilexisset suos q̄ erāt in mū
do: in finē dilexit eos. Et cena
facta cū diabolus iā misisset in
tor vt traderet eū iudas simo-
nis scariothis: sciens quia oīa
dedit ei pater in manus: et q̄a
a deo exiuit et ad deum vadit:
surgit a cena: ⁊ ponit vestimen
ta sua. Et cū accepisset linthеū
p̄cinxit se. Deinde misit aquā
in pluim: et cepit lauare pedes
discipulorum: et extergere lin
theo quo erat p̄cinctus. Venit
ergo ad simonē petrū. Et dicit
ei petrus. Dñe: tu mihi lauas
pedes? Respondit ihesus et dixit
ei. Quod ego facio: tu nescis
modo: scies autē postea. Dicit
ei petrus. Nō lauabis mihi pe
des in eternū. Respondit ei ie-
sus. Si nō lauero te: nō habe-
bis partē mecū. Dicit ei simon
petrus. Dñe: nō tm̄ pedes me-
os: sed et manus et caput. Di-
cit ei ihesus. Qui lotus est: non
indiget nisi vt pedes lauet: sed
est mundus totus. Et vos mū
di estis: sed nō oēs. Sciebat
eū quisnam esset qui traderet
eū. Propterea dixit: nō estis
mundi omnes. Postq̄z ergo
lauit pedes eorū: accepit vesti-
mēta sua: et cū recubuisset: ite-
rum dixit eis. Scitis quid fece
rim vob. Vos vocatis me ma-
gister ⁊ dñe: et bene dicitis. Sū
etenim. Si ergo ego laui pedes ve
stros dñs ⁊ magister: ⁊ vos de-
betis alter alteri⁹ lauare pedes
Exēplū enim dedi vobis: vt quē
admodū ego feci vobis: ita et
vos faciatis. Offert. Dextera
dñi fecit virtutē: dextera dñi exalta
uit me: non moriar sed viuā: ⁊ nar
rabo opera dñi. Secre. Ipse ti-
bi q̄ñs dñe sancte pater omni
potens eterne de⁹ sacrificiū na
strū reddat acceptū: quo disci-
pulis suis ī sui cōmemoratio-
nē hoc fieri hodierna traditio
ne mōstrauit: ihesus christ⁹ dñs
noster. Qui te. Prefatio. Qui
salutē humanā ge. Cōitantes.

hant igit̄. Qui pridie. Cōio.
Dñs ihesus postquā cenauit cū di-
scipul⁹ suis: lauit pedes eor⁹ ⁊ ait illis
scitis q̄d fecerim vobis ego dñs et
magister vr̄: exemplū dedi vobis vt
et vos ita faciatis. Pax nō dat̄.
Immediate diaconus incipit
versus ad pp̄m accepto calice
Calicē salutaris Ad vs̄. añ.
Accipiā ⁊ nomē dñi invocabo
Ps̄. Credidi. Añ. Cū his q̄ ode
rūt pacē erā pacific⁹: cū loquebar il
lis impugnabant me gratis. Ps̄.
Ad dñm cū tri. Añ. Ab hostibus
miḡs libera me dñe. Ps̄. Eripe
me. Añ. Custodi me a laqueo quē
statuerūt mihi: et a scādal' operātiū
iniq̄tatē. Ps̄. Dñe clama. Añ.
Cōsyderabā ad dexterā ⁊ videbā: ⁊
nō erat qui cognosceret me. Ps̄.
Voce mea. Ad magnificat añ.
Cenātibus autē accepit ihesus panē
bñdixit ⁊ fregit dedit discipulis suis
Cañ. Magnificat. Cōpl'. Re-
fecti vitalibus alimentis q̄ñs
dñe deus nr̄: vt qđ tpe nre mor
talitatis exeq̄mur: īmortalita
tis tue munere cōseq̄mur. P.
Bñdicamus dño dicit̄: et bñ-
dicto daf̄. Hoc die pacto offi-
cio deteganf̄ oīa altaria ⁊ la
uenf̄. ℂ Itē ī die paraſceues
p̄mo dicit̄. Orem⁹ flectam⁹ ge.
Le. Dño. Be⁹ a quo et iudas.
Lectio sine titulo. Ozee. vj.

In tribulatione sua mane
consurgēt ad me dicētes. Ve
nite ⁊ reuertamur ad dñm: q̄a
ipe cepit ⁊ saluabit nos: percu-
tiet ⁊ curabit nos. Viuificabit
nos post duos dies: ⁊ in die ter
tia suscitabit nos: ⁊ viuem⁹ in
conspectu ei⁹: sciem⁹ sequemurq̄z
eū vt cognoscam⁹ dñm. Quasi
diluculū p̄paratus est egres-
sus ei⁹: et veniet nobis q̄si im-
ber tēpraneus ⁊ serotin⁹ terre.
Quid faciam tibi ephraym?
Quid faciā tibi iuda? Miseri-
cordia vr̄a q̄si nubes matuti-
na: ⁊ quasi ros mane p̄trāsiēs
Propter hoc dolaui ī p̄pheris:
⁊ occidi eos ī verbis oris mei: ⁊
iudicia tua q̄si lux egredienf̄:
q̄a misericordiaz volui ⁊ nō sacrifi-
ciū: ⁊ scientiā dei plus q̄z holo
caustū. Tract⁹. Dñe audiui au-
ditū tuū et timui: consyderaui opa
tua ⁊ expaui. ℣. In medio duū aīa
liū innotescēris: dū appropinqua-
uerint anni cognosceris: dū adue-
nerit tēp⁹ ostēderis. ℣. In eo dū cō
turbata fuerit aīa mea īra misericordie
memor eris. ℣. Deus a lybano ve
niet: ⁊ sanct⁹ de mōte umbroso ⁊ opā
so. ℣. Operuit celos maiestas ei⁹: ⁊
laudis ei⁹ plena est terra. Orem⁹:
Deus q̄ recta. ge. Leua.
Peccati veteris hereditа-
riā mortē ī q̄ posteritatis gen⁹

oñe ſuꝛceſſerat: chriſti filij tui dñi noſtri paſſiõe ſoluiſti: da vt cõformes eiuſdẽ facti: ſicut imaginẽ terrene nature nece ſſitate portauim⁹: ita imaginẽ celeſtis gr̃e ſanctificatiõe porte mus. ℞ eñ. Lectio ſine titulo

EXit dñs ad Exodi. xij. moyſen ⁊ aaron in terra egypti. Mẽſis iſte vobis prin cipiũ mẽſiũ: primus erit ĩ mẽ ſib⁹ anni. Loq̃mini ad vniuer ſum cetũ filiorũ iſrael: ⁊ dicite eis. Decima die mẽſis huius tollat vnuſquiſq; agnũ p̃ fa milias ⁊ domos ſuas. Sin aũ tẽ minor eſt numerus: vt ſuffi cere poſſit ad eſcẽdũ agnũ: aſ ſumet vicinũ ſuũ qui cõiũctus eſt domui eius iuxta numerũ aĩaꝝ q̃ ſufficere poſſint ad eſcz agni. Erit aũt agn⁹ abſq; ma cula maſculus anniculus. Ju xta quẽ ritũ tolletis et hedũ: et ſeruabitis eũ vſq; ad quartã de cimã diẽ mẽſis huius. Immo labitq; eum vniuerſa multitu do filioꝝ iſrael ad veſperã: ⁊ ſu ment de ſanguine eius: at po nent ſuꝑ vtrũq; poſtẽ: ⁊ in ſuꝑ liminaribus domoꝝ ĩ quibus comedent illũ. Et edẽt carnes nocte illa aſſas igni: ⁊ azymos panes cũ lactucis agreſtibus. Nõ comedetis eꝝ eo crudũ q̃d nec coctũ aqua: ſed aſſum tñ igni. Caput cũ pedib⁹ eius ⁊ in teſtinis vorabitis: et os eius nõ cõfringetis: nec remanebit q̃q̃z eꝝ eo vſq; mane. Si q̃d re ſiduũ fuerit igne comburetis. Sic aũt comedetis illum. Re nes vr̃os accingetis: et calcia mẽta habebitis ĩ pedibus: tenẽ tes baculos ĩ manib⁹: et come detis feſtinãtes. Eſt eñ phaſe id eſt tranſitus dñi. Tractus.

Eripe me dñe ab homine malo: a viro iniquo libera me. ℣. Qui cogitauerunt malicias in corde: tota die cõſtituebant p̃lia. ℣. Acuerunt linguas ſuas ſicut ſerpẽtes venenũ aſpidũ ſub labijs eorũ. ℣. Cuſtodi me dñe de manu pc̃oris: et ab ho minibus iniquis libera me. ℣. Qui cogitauerũt ſupplãtare greſſus me os: abſcõderũt ſuꝑbi laqueũ mihi. ℣. Et funes extenderunt in laque um pedibus meis: iuxta iter ſcan dalũ poſuerunt mihi. ℣. Dixi do mino deus meus es tu: exaudi dñe vocem orationis mee. ℣. Dñe dñe virtus ſalutis mee: obumbraſti ca put meũ in die belli. ℣. Ne tradas me a deſyderio meo pc̃atori: cogi tauerunt aduerſum me ne derelin quas me ne vnq̃ exaltent. ℣. Ca put circuitus eorũ labor labiorum ipſoꝝ operiet eos. ℣. Verũtamen iuſti cõfitebunt nomini tuo: et ha

bitabunt recti cũ vultu tuo. Sine titulo. Scõm Johãnẽ. xviij.

EGreſſus ieſus cũ diſcipu lis ſuis trans torrentẽ ce dron vbi erat ort⁹: ĩ quẽ intro iuit ipe ⁊ diſcipuli ei⁹. Sciebat aũt ⁊ iudas q̃ tradebat eũ locũ q̃a frequẽter ieſus ꝓuenerat il luc cũ diſcipulis ſuis. Judas ergo cũ accepiſſet cohortẽ a põ tificib⁹ ⁊ phariſeis miniſtros: venit illuc cũ laternis ⁊ facib⁹ ⁊ armis. Jeſus itaq; ſciẽs oĩa q̃ vẽtura erãt ſuꝑ eũ: pceſſit et dixit eis. Quẽ q̃ritis? Reſpon derũt ei. Jeſum nazarenũ. Di cit eis ieſus. Ego ſum. Stabat aũt ⁊ iudas qui tradebat eũ cũ ipſis. Vt ergo dixit ego ſum: abierũt retrorſuz ⁊ ceciderũt ĩ terrã. Iterꝝ ergo interrogauit eos. Quẽ q̃ritis? Illi aũt dixe rũt. Jeſum nazarenũ. Rñdit ieſus: dixi vob: q̃a ego ſum. Si ergo me q̃ritis: ſinite hos abi re. Vt implereꝝ ſermo quẽ di xit: q̃a quos dediſti mihi nõ p didi exꝝ eis quẽq̃z. Simon er go petr⁹ habẽs gladiũ: eduxit eũ: et pcuſſit ſeruũ põtificis: et abſcidit auriculã ei⁹ dexterã. Erat aũt nomẽ ſeruo malch⁹. Dixit ergo ieſus petro. Mitte gladiũ tuũ in vaginã. Calicẽ quẽ dedit mihi pater: non vis vt bibam illũ? Cohors ergo ⁊ tribun⁹ ⁊ miniſtri iudeorũ cõ prehẽderũt ieſum: ⁊ ligauerũt eum: ⁊ adduxerũt eũ ad annã primũ. Erat eñ ſocer cayphe: q̃ erat pontifex anni illi⁹. Erat aũt cayphas q̃ cõſiliũ dederat iudeis: q̃a expedit vnũ hoiem mori ꝓ populo. Sequeb̃ aũt ieſum ſimon petrus: ⁊ alius diſcipulus. Diſcipulus autẽ ille erat not⁹ pontifici: ⁊ introiuit cũ ieſu in atriũ põtificis. Petrus aũt ſtabat ad oſtiũ foris Exiuit ergo diſcipulus ali⁹ q̃ erat not⁹ põtifici: ⁊ dixit oſtia rie: ⁊ introduxit petrũ. Dicit er go petro ancilla oſtiaria. Nũq̃d ⁊ tu es exꝝ diſcipul' hoĩs iſti us? Dicit ille. Nõ ſuz. Stabãt aũt ſerui ⁊ miniſtri ad prunas q̃a frig⁹ erat: ⁊ calefaciebant ſe Erat aũt cũ eis ⁊ petr⁹: ſtans ⁊ calefaciẽs ſe. Põtifex ergo in terrogauit ieſum de diſcipulis ſuis: ⁊ de doctrina ei⁹. Rñdit ei ieſus. Ego palã locutus ſum mundo. Ego ſemp docui in ſy nagoga ⁊ in tẽplo quo oẽs iu dei cõueniũt: ⁊ in occulto locu tus ſum nihil. Quid me inter rogas? Interroga eos qui au dierunt: q̃d locutus ſim ipſis. Ecce hij ſciũt que dixerim ego. Hec aũt cũ dixiſſet: vnus aſſi-

ſtens miniſtroꝝ dedit alapã ie
ſu dicẽs. Sic reſpondes põtifi
ci? Reſpõdit ei ieſus. Si male
locutus ſum: teſtimoniũ phibe
de malo. Si aũt bene: quid me
cedis? Et miſit eũ annas liga-
tũ ad cayphã pontificẽ. Erat
autẽ ſimon petrus ſtans et ca-
lefaciens ſe. Dixerunt ergo ei.
Nũquid et tu ex diſcipulis ei⁹
es? Negauit ille et dixit. Non
ſum. Dicit ei vnus ex ſeruis põ
tificis: cognatus eius cui⁹ ab-
ſcidit petrus auriculã. Nonne
ego te vidi in horto cum illo?
Iterum ergo negauit petrus: ⁊
ſtatim gallus cãtauit. Adduxerũt ergo ieſum ad pilatũ in p̃-
toriũ. Erat autẽ mane. Et ipſi
nõ introierunt in pretoriũ: vt
non contaminarentur: ſed vt
manducarẽt paſcha. Exiuit er
go pilat⁹ ad eos foras ⁊ dixit.
Quã actionẽ affertis ad-
uerſus hoiem hũc? Rñderunt
⁊ dixerũt ei. Si nõ eſſet hic ma
lefactor: nõ tibi tradidiſſem⁹
eũ. Dicit ergo eis pilatus. Ac
cipite eũ vos: ⁊ ꝟm legẽ veſtrã
iudicate eũ. Dixerũt ergo ei iu
dei. Nobis nõ licet interficere
quẽq̃z. Vt ſermo ieſu imple-
reꝝ quẽ dixit: ſignificãs q̃ mor
te eſſet moritur⁹. Introiuit er
go iteꝝ in p̃toriũ pilatus: ⁊ vo
cauit ieſum: ⁊ dixit ei. Tu es rex
iudeoꝝ? Reſpondit ieſus. A te
metipſo hoc dicis: an alij tibi
dixerũt de me? Rñdit pilatus
Nũquid ego iude⁹ ſum. Gẽs
tua et põtifices tui tradiderũt
te mihi. Quid feciſti? Reſpon-
dit ieſus. Regnũ meũ nõ eſt de
hoc mũdo. Si ex hoc mũdo eſ-
ſet regnum meũ: miniſtri mei
vtiq̃z decertarẽt vt nõ traderer
iudeis. Nunc aũt regnũ meũ
nõ eſt hinc. Dixit itaq̃z pilat⁹
Ergo rex es tu? Reſpõdit ei ie-
ſus. Tu dicis: q̃a rex ſum ego.
Ego in hoc nat⁹ ſum: ⁊ ad hoc
veni in mundũ vt teſtimoniũ
phibeã veritati. Oĩs q̃ eſt ex ve
ritate audit vocẽ meã. Dicit ei
pilatus. Quid eſt veritas? Et
cũ hoc dixiſſet: iterũ exiuit ad
iudeos: ⁊ dicit eis. Ego nullã
inuenio in eo cauſam. Eſt au-
tem cõſuetudo vobis: vt vnũ
dimittã vobis in paſcha. Vul
tis ergo dimittã vobis regẽ iu
deorum. Clamauerũt rurſum
oĩes dicentes. Nõ hunc: ſed
barraban. Erat autem barra-
bas latro. Tunc ergo appre-
hendit pilatus ieſum: ⁊ flagel-
lauit. Et milites plectentes co
ronã de ſpinis: poſuerũt ca
piti eius: ⁊ veſte purpurea cir-
cũdederunt eũ. Et veniebant

ad eum et dicebant. Aue rex iu
deorũ. Et dabant ei alapas.
Exiuit iterũ pilatus foras: et
dicit eis. Ecce adduco eum vo
bis foras: vt cognoſcatis ⁊ cre
datis: quia in eo nullam inue
nio cauſaꝫ. Exiuit ergo ieſus
portans ſpineã coronã ⁊ pur-
pureum veſtimentũ. Et dicit
eis. Ecce homo. Cũ ergo vidiſ
ſent eũ põtifices ⁊ miniſtri: cla
mabãt dicẽtes. Crucifige: cru-
cifige eũ. Dicit eis pilatus. Ac
cipite eum vos: et crucifigite.
Ego eĩm nõ inuenio in eo cau-
ſam. Reſponderunt ei iudei.
Nos legẽ habemus: ⁊ ꝟm legẽ
debet mori: quia filiũ dei ſe fe-
cit. Cũ ergo audiſſet pilat⁹ hũc
ſermonẽ: magis timuit. Et in
greſſus eſt pretoriũ iterũ: et di
xit ad ieſum. Vnde es tu? Je-
ſus autẽ reſpõſum nõ dedit ei
Dicit ergo ei pilat⁹. Mihi nõ
loqueris? Neſcis quia potеſta
tẽ habeo crucifigere te: et pote-
ſtatẽ habeo dimittere te? Re-
ſpondit ieſus. Non haberes
poteſtatẽ aduerſum me vllã:
niſi tibi eſſet datũ deſup. Pro
pterea q̃ me tradidit tibi: ma-
ius peccatum habet. Et exinde
querebat pilatus dimittere eũ
Judei autẽ clamabant dicen-
tes. Si hunc dimittis: non es
amicus ceſaris. Omnis enim
qui ſe regem facit: contradicit
ceſari. Pilatus autẽ cum au-
diſſet hos ſermones: adduxit
foras ieſum: et ſedit pro tribu
nali in loco qui dicit⁹ liceſtra-
tos: hebraice autẽ gabatha.
Erat aũt paraſceue paſche ho-
ra q̃ſi ſexta: ⁊ dicit iudeis. Ec-
ce rex veſter. Illi autẽ clama-
bãt. Tolle tolle: crucifige eum
Dixit eis pilatus. Regem ve-
ſtrũ crucifigã. Reſponderunt
pontifices. Non habemus re-
gem niſi ceſarem. Tunc ergo
tradidit eis illũ: vt crucifigere
tur. Suſceperunt aũt ieſum: ⁊
eduxerunt eũ. Et bajulãs ſibi
crucẽ: exiuit in eũ qui dicit⁹ cal
uarie locũ: hebraice golgotha
Vbi eum crucifixerunt: ⁊ cum
eo alios duos hinc et hinc: me
dium autẽ ieſum. Scripſit au-
tem et titulum pilatus: et po-
ſuit ſuper crucẽ. Erat autẽ ſcri-
ptum: ieſus nazarenus rex iu-
deoꝝ. Hunc ergo titulũ multi
legerũ iudeoꝝ: quia ꝓpe ciui-
tatẽ erat locus vbi crucifixus
eſt ieſus. Et erat ſcr̃ptũ hebrai-
ce: grece et latine. Dicebant er
go pilato pontifices iudeorũ.
Noli ſcribere rex iudeorũ: ſed
quia ipſe dixit: rex ſum iudeo-
rum. Reſpõdit pilat⁹. Quod

ſcripſi ſcripſi. Milites ergo cũ crucifixiſſent eũ: acceperunt veſtimẽta eius: ⁊ fecerunt q̃tuor partes: unicuiq; militi ptẽ et tunicã. Erat aũt tunica inconſutilis deſup̃ texta p totũ. Dixerũt ergo ad inuicẽ. Nõ ſcindamus eã: ſed ſortiamur de illa cui⁹ ſit. Ut ſcĩptura impleretur dicens. Partiti ſunt veſtimenta mea ſibi: ⁊ in veſtẽ meã miſerunt ſortẽ. Et milites quidẽ hec fecerũt. Stabãt aũt iuxta crucẽ ieſu mr̃ eius: et ſoror mr̃is ei⁹ maria cleophe et maria magdalene. Cũ vidiſſet ergo ieſus matrẽ ⁊ diſcipulũ ſtãtẽ quẽ diligebat: dicit mr̃i ſue Mulier: ecce fili⁹ tuus. Deinde dicit diſcipl'o. Ecce mr̃ tua. Et ex illa hora accepit eã diſcipulus in ſuã. Poſtea ſciẽs ieſus ḋa oĩa ꝯſummata ſunt: ut cõſummaret̃ ſcĩptura dicit. Sitio. Vas ergo erat poſitũ aceto plenũ. Illi aũt ſpõgiã plenã aceto yſopo circũponẽtes: obtulerunt ori ei⁹. Cũ ergo accepiſſet acetũ dixit. Conſummatũ eſt. Et inclinato capite tradidit ſpiritũ. ✠ Judei ergo qm̃ paraſceue erat: ut nõ remanerẽt in cruce corpora ſabbato: erat enim magnus dies ille ſabbati: rogauerũt pilatũ: ut frãgerẽtur eor̃ crura ⁊ tollerentur. Venerunt ergo milites: et p̃mi quidẽ fregerũt crura: et alterius q̃ crucifixus eſt cũ eo. Ad ieſum autẽ cũ veniſſent: ut viderunt eum iã mortuũ: nõ fregerunt eius crura: ſed unus militũ lãcea latus eius aperuit: ⁊ continuo exiuit ſanguis ⁊ aqua. Et qui vidit teſtimoniũ phibuit: et verũ eſt teſtimoniũ eius. Et ille ſcit ḋa vera dicit: ut et vos credatis. Facta ſunt enim hec ut ſcĩptura impleret̃. Os nõ cõminuetis ex eo. Et iterũ alia ſcĩptura dicit. Videbũt in quem tranſfixerunt. Euangeliũ.

Poſt hec autem rogauit pilatum ioſeph ab arimathia: eo q̃ eſſet diſcipulus ieſu: occultus autẽ propter metũ iudeorum: ut tolleret corpus ieſu. Et permiſit pilatus. Venit ergo et tulit corpus ieſu. Venit autẽ et nicodemus: qui venerat ad ieſum nocte primũ: ferens mixturã myrrhe et aloes quaſi libras centũ. Acceperũt ergo corpus ieſu: et ligauerũt lintheis cũ aromatib⁹ ſic̃ mos eſt iudeis ſepelire. Erat aũt in loco ubi crucifixus eſt ortus: ⁊ in horto monumẽtũ nouũ: in quo nõdũ quiſq̃; poſitus erat. Ibi ergo propter paraſceuen

iudeorũ: quia iuxta erat monumentũ: poſuerũt eũ. ¶ Sequunt̃ oratiões. Et p̃mo p ſta

Oremus dilectiſſimi nobis p eccleſia ſancta dei: ut eã de⁹ et dñs noſter pacificare: adunare et cuſtodire dignetur toto orbe terrarũ: ſubiiciẽs ei principatus et poteſtates: detq; nobis quietam ⁊ tranquillã vitã de gentibus glorificare dũ patrẽ oĩm potentẽ. Oremus flectam⁹ ge.

Omnipotens ſempiterne deus: q̃ gloriã tuã omnibus in chriſto credentib⁹ reuelaſti: cuſtodi opera miſerõie tue ut eccleſia tua toto orbe terrarum diffuſa: ſtabili fide in cõfeſſione tui nominis pleueret. Leuate. Per. Pro papa.

Orem⁹ ⁊ p beatiſſimo papa noſtro. N. ut deus ⁊ dñs noſter q̃ elegit eũ in ordinẽ epatus: ſaluũ atq; incolumẽ cuſtodiat eccleſie ſue ſancte ad regendũ populum ſanctũ dei. Oremus Flectamus genua.

Omnipotens ſempiterne deus: cuius iudicio vniuerſa fundant̃: reſpice ꝓpicius ad preces noſtras: ⁊ electũ nobis antiſtitẽ tua pietate cõſerua: ut chriſtiana plebs que tali gubernatur auctore: ſub tanto põtifice credulitatis ſue meritis augeatur. Leuate. Per.

Oremus Pro epiſcopis et p oĩbus epis: p̃byteris: diaconibus: ſubdiaconibus: acolitis et exorciſtis: lectorib⁹: oſtiarijs: cõfeſſoribus virginibus: viduis ⁊ p oĩ populo ſancto dei. Oremus fle.

Omnipotẽs ſempiterne deus: cui⁹ ſpiritu totũ corpus eccleſie ſanctifi catur et regit̃: exaudi nos pro vniuerſis ordinib⁹ ſupplicantes: ut gr̃e tue munere ab oĩbus tibi gradibus fideliter ſeruiatur. Leuate. P. Pro imperatore.

Orem⁹ ⁊ p chriſtianiſſimo imperatore nr̃o: ut deus ⁊ dñs noſter ſubditas ſibi faciat oẽs barbaras nationes ad noſtram̃ perpetuã pacẽ. Oremus flectam⁹ genua

Omnipotens ſempiterne deus: in cui⁹ manu ſunt oĩm poteſtates et iura regnorum: reſpice propicius ad romanũ benignus imperiũ: ut gentes que in ſua feritate confidunt: potentie tue dextera cõprimantur. Leuate. Per do.

Pro catheruminis.

Orem⁹ ⁊ p catheruminis nr̃is: ut de⁹ ⁊ dñs nr̃ adaperiat aures pretordiorũ ipſorũ: ia-

nuãqꝫ miſeꝛõie ſue vt ꝙ lauacꝝ regeneratõis acepta remiſſione oĩm ptõꝝ: ꝛ ipi digni inueniantur ĩ chriſto ieſu dño nro

OMꝑs Oremꝰ flecta.ge. ſempiterne deꝰ: q̃ eccleſiam noua ſemper ꝓle fecũdas: auge fidẽ et intellectũ catheruminis nr̃is: vt renati fonte baptiſmatis: adoptionis tue filijs aggregenr̃. Leuate. ꝓ dñ.

OPro q̃cũqꝫ tribulatiõe Remus dilectiſſimi nob deũ patrẽ oĩpotentẽ: vt cũctis mundũ purget errorib⁹: morbs auferat: famẽ depellat: aperiat carceres: vincla diſſoluat peregrinãtib⁹ reditũ: infirmãtib⁹ ſanitatẽ: nauigãtib⁹ portũ ſalutis indulgeat. Ore. fle.

OMꝑs ſempiter- genua. ne deus: meſtoꝝ cõſolatio: laborantiũ fortitudo: pueniant ad te pr̃es de quacunqꝫ tribulatiõe clamantiũ: vt oẽs ſibi ĩ neceſſitatib⁹ ſuis miſericordiã tuã gaudeant affuiſſe. Leuate. ꝑ. Pro hereticis.

ORem⁹ ꝓ hereticis ꝛ ſchiſmaticis: vt deus ꝛ dominus noſter eruat eos ab errorib⁹ vniuerſis: vt ad ſanctam matrẽ eccleſiaꝫ catholicã atqꝫ apoſtolicã reuocare dignetur Oremus: flectamus genua.

OMꝑs ſempiterne deꝰ: q̃ ſaluas oẽs: et neminẽ vis perire: reſpice ad aĩas diabolica fraude deceptas: vt oĩ heretica prauitate depoſita errãtiũ corda reſipiſcãt: ꝛ ad veritatis tue redeãt vnitatẽ. Leuate. ꝑ dñm. Pro iudeis.

ORem⁹ ꝛ ꝓ pfidis iudeis vt deꝰ ꝛ dñs noſter auferat velamẽ de cordib⁹ eorũ: vt ꝛ ipſi agnoſcant ieſum chriſtũ dñm nr̃m. Oremus. Hic nõ dicit flectamus genua.

OMnipotens ſempiterne deus: q̃ etiã iudaicã pfidiã a tua miſericordia non repellis: exaudi preces noſtras q̃s ꝓ illius populi obcecatione deferimus: vt agnita veritatis tue luce que chriſtus eſt: a ſuis tenebris eruãtur. ꝑ. Hic nõ dicitur Amẽ. Pro paganis.

ORemus et pro paganis vt deus oĩpotẽs auferat iniquitatẽ a cordibus eoꝝ vt relictis idolis ſuis: conuertantur ad deum viuũ et verũ: et vnicũ filiũ eius ieſum chriſtũ dñm nr̃m: cũ quo viuit ꝛ regnat cũ ſpiritu ſancto deus ꝑ oĩa ſecula ſeculoꝝ. Oremus

OMnipo flectam⁹ genua. tens ſempiterne deus: q̃ non vis mortem ꝛratorum:

ſed vitã ſemp inq̃ris: ſuſcipe ꝓpicius orationẽ noſtrã: et libera eos ab idoloꝝ cultura: et aggrega eccleſie tue ſancte ad laudẽ ꝛ gloriã noĩs tui. Leuate. ꝑ dñm. Duo diaconi tenẽtes crucẽ cantẽt. ℣ opule meus quid feci tibi: aut in quo cõtriſtaui te reſpõde mihi: quia eduxi te de terra egypti: paraſti crucem ſaluatori tuo. Agyos otheos. Sanct⁹. Iterũ diaconi cantẽt. Quia eduxi te per deſertũ quadraginta annos et manna cibaui te: et introduxi te in terram ſatis optimã: paraſti crucem ſaluatori tuo. Agyos. Iterũ diaconi cantent. Quid vltra debui facere tibi et nõ feci: ego quidẽ plantaui te vineam meã fructu decoratam: et tu facta es mihi nimis amara: aceto nãqꝫ ſitim meã potaſti: et lancea perforaſti latus ſaluatori tuo. Agyos. Diaconi leuãtes crucẽ cantent. ℟ ce lignum crucis: in quo ſalus mundi pependit venite adoremus. ℣. Beati immaculati ĩ via. ℟. Dũ fabricator. Deinde hymnus. Crux fidelis. ꝑ totũ vſqꝫ ad finem. Quo finito accenſis candelis portetur corpus domini ſup altare. Et ſacerdos ſubmiſſa voce faciat confeſſionẽ cũ miniſtris. Et dicta cõfeſſione mittat vinũ ꝛ aquã in calicẽ: et de corporali accipiat corpus dñi quod pridie reſeruatũ eſt: poſt thurificationẽ frangat in tres partes hoſtiam nihil dicens: ſed tm̃. Oremus preceptis ſalutaribus moniti. Sequitur. Libera nos quesum⁹ dñe. Nota etiã: q̃ vinũ nõ conſecratũ: conſecrat̃ ꝙ corpus cõſecratũ. Pax dñi nõ dicit̃: ſed tm̃. ꝓ omnia ſecula ſeculoꝝ. Amen. Poſt perceptionẽ et ablutionẽ ſubmiſſa voce leganꝫ pſalmi veſperarũ Confitebor. cũ ceteris: ſine Gloria patri. ꝛ etiam Magnificat. Poſt Magnificat añ. Chriſt⁹ factꝰ eſt. Pater noſter. cũ pſ. Miſerere mei deꝰ. Deinde cõpleñ. Refecti vitalibus alimẽtis. ſine ꝑ dñm.

¶ In vigilia paſche ante nonã: tabula pulſẽ ad cõuocandum populũ: ꝛ adornatis altaribus ſacerdos indutus ornamento: cũ miniſtris ꝛ vexillis vadit vbi ignis e ſilice productus incendit̃ ad cõſecrandũ: ꝛ interea oĩa lumina eccleſie extinguũtur: vt poſtea de nouo igne accendãtur. Tunc ſacerdos cũ miniſtris et vexillis circuit ignẽ dicendo ſeptẽ pſalmos ſubmiſſa voce cũ letania ſine Gloria patri. vſqꝫ ad illũ verſum: primo die. Ut ignẽ iſtũ

benedicere digneris. Secūdo. Ut ignē istū benedicere et cōsecrare digneris. Tertio. Ut ignē istū bēdicere ⁊ cōsecrare ⁊ sanctificare digneris. Deinde letaniā usq; ad finem. Bēdictio ignis.

Deus q̄ filiū tuū angularē lapidē charitatis: tuis fidelib⁹ ꝓtulisti ignē ꝓductū e silice nr̄is ꝓfuturū usib⁹: nouū hūc ignē sanctifica: ⁊ ꝓtege nobis q̄ hec festa paschalia inflāmari celestib⁹ desyderijs: ut ad ꝑpetue claritatis gaudia puris mētib⁹ ꝑtingere valeam⁹. ℟. Per. Deniat q̄s Or̄o. ℣. eū. ℟. omps de⁹ sup hoc incensum larga tue bēdictiōis infusio: ⁊ hūc nocturnū splēdorē in uisibil' regenerator accēde: ut nō solū hoc sacrificiū q̄d i hac nocte litandū est arcana tui luminis admixtione refulgeat: sed in quēcūq; locū aliquid ex hui⁹ sanctificationis mysterio fuerit deportatū: expulsa diabolice fraudis nequitia: virtutis tue maiestatis assistat. ℟. Per.

Omine sancte p̄ Or̄o. ℣. opē eterne de⁹: bē✠dicere ⁊ sancti✠ficare digneris hūc ignē: quē nos indigni ad inuocationē unigeniti tui ꝑsumim⁹ bēdicere: tu clementissime eū tua bēdictiōe sctifica: et ad ꝓfectū humani generis ꝓuenire cōcede. ℟. Or̄o.

Omine sancte p̄ omps lumē indeficiēs: q̄s conditor oīm luminū: bē✠dic hoc lumē q̄d a te sanctificatū est ⁊ bēdictū: q̄ illuminasti oēm mundū: ut eo lumine incendamur ⁊ illuminemur igne claritatis tue: ⁊ sicut igne tuo illuminasti moysen famulū tuū: ita illumines sensus et corda nr̄a: ut ad vitā ⁊ lucē eternā ꝑuenire valeam⁹. ℟. Per. Et bēdictio dei p̄r̄is. Deinde ignis aq̄ bēdicta aspergat̄ et thurificetur: postea distribuit̄: ⁊ redeunt ad chor̄ cātandū hūc hymnū. In uētor rutili. usq; ad finē. Sequitur bēdictio cerei. Exultet iā angelica turba celor̄. Lectō sine titulo

In ꝑncipio lo. Genesis. j. creauit deus celū et terrā. Terra aūt erat inanis ⁊ uacua ⁊ tenebre erāt sup faciē abyssi: ⁊ spūs dn̄i ferebat̄ sup aquas. Dixitq; deus. Fiat lux. Et facta est lux. Et vidit deus lucē q̄ esset bona: ⁊ diuisit lucē a tenebris: appellauitq; lucē diē: ⁊ tenebras noctē. Factūq; est uespere ⁊ mane dies unus. Dixit quoq; de⁹. Fiat firmamētū in medio aquarū: ⁊ diuidat aq̄s ab aquis. Et fecit deus firmamentū: diuisitq; aquas q̄ erāt sub firmamēto ab hijs q̄ erant sup firmamentū. Et factum est ita. Uocauitq; deus firmamentū celū: et factū est uespere et mane dies secundus. Dixit uero deus. Congregētur aque que sub celo sunt in locū unū ⁊ appareat arida. Et factū est ita. Et uocauit deus aridā terrā. Congregationesq; aquarū appellauit maria. Et vidit deus q̄ esset bonū: et ait. Germinet terra herbā uirentē ⁊ facientē semen: lignumq; pomiferum faciens fructū iuxta genus suū: cuius semē in semetipso sit sup terrā. Et factū est ita. Et protulit terra herbā uirentē et afferentē semen iuxta genus suū: lignumq; faciens fructū: et habens unūquodq; sementē scōm speciē suā. Et vidit deus q̄ esset bonū: et factū est uespere ⁊ mane dies tertius Dixit autē deus. Fiant luminaria in firmamēto celi: et diuidāt diē at noctē: et sint in signa ⁊ tēpora et dies et annos: ut luceāt i firmamēto celi: ⁊ illuminēt terrā. Et factū est ita. Fecitq; de⁹ duo luminaria magna: luminare mai⁹ ut ꝑesset diei: ⁊ luminare minus ut preesset nocti. Et stellas: et posuit eas in firmamento celi ut lucerent sup terrā: et ꝑessent diei at nocti: ⁊ diuiderēt lucē ac tenebras. Et vidit deus q̄ esset bonū: ⁊ factum est uespere ⁊ mane dies quartus. Dixit etiā deus. Producant aque reptile anime viuētis et volatile sup terrā sub firmamēto celi. Creauitq; deus cete grandia: ⁊ omnē animā viuentē atq; motabilē: quā produxerāt aque in species suas: et omne volatile scōm genus suū. Et vidit deus q̄ esset bonum: benedixitq; eis dicēs. Crescite et multiplicamini: et replete aquas maris: auesq; multiplicentur sup terrā. Et factū est uespere ⁊ mane dies quintus. Dixit quoq; deus. Producat terra animā viuentē in genere suo: iumēta et reptilia et bestias terre scōm species suas. Factumq; est ita. Et fecit deus bestias terre iuxta species suas: iumēta et omne reptile terre in genere suo. Et vidit deus q̄ esset bonū: et ait. Faciam⁹ hominē ad imaginē et similitudinē nostrā: et presit piscibus maris et volatilibus celi ⁊ bestijs uniuersēq; terre: oīmiq; reptili quod mouetur i terra. Et creauit deus hoiem ad imaginē ⁊ similitu-

dinē suā: ad imaginē dei creauit illū: masculū ⁊ feminā creauit eos. Bñdixitq; illis de⁹: ⁊ ait. Crescite ⁊ multiplicamini ⁊ replete terrā: ⁊ subiicite eā: et dominamini piscibus maris ⁊ volatilib⁹ celi ⁊ uniuersis animantib⁹ q̄ mouent sup terrā. Dixitq; de⁹. Ecce dedi vobis oēm herbā afferentē semē sup terrā: ⁊ uniuersa ligna q̄ habēt in semetipsis sementē generis sui: ut sint vobis ī escā ⁊ cūctis animātibus terre: oñiq; volucri: ⁊ uniuersis q̄ mouent ī terra: ⁊ in q̄bus est aīa viuens: ut habeāt ad vescendū: ⁊ factū est ita. Viditq; deus cūcta q̄ fecerat: ⁊ erāt valde bona. Et factū est vespere ⁊ mane dies sextus. Igit̄ perfecti sunt celi ⁊ terra: ⁊ ois ornat⁹ eor̄. Cōpleuitq; deus die septimo op⁹ suū q̄ fecerat: ⁊ requieuit ab oñi opere suo quod patrarat. Ōro.

DEus qui mirabiliter hominē creasti: ⁊ mirabili⁹ redemisti: da nobis q̄s cōtra oia oblectamēta peccati mētis ratione psistere: ut mereamur ad gaudia eterna puenire. ℣per dñ. Sine titulo. Exodi. xiiij.

FActū est ī vigilia matutina: ⁊ ecce respiciēs dñs sup castra egyptiorū p colūnā ignis ⁊ nub: interfecit exercitū eor̄: ⁊ subuertit rotas curruū: ferebāturq; in pfundū. Dixerūtq; egyptij. Fugiam⁹ israelem: dñs enī pugnat p eis ꝓtra nos. Et ait dñs ad moysen. Quid clamas ad me? Extēde manū tuā sup mare: ⁊ reuertētur aque ad egyptios sup curros ⁊ eq̄tes eor̄. Cūq; extēdisset moyses manū cōtra mare: reuersum est pmo diluculo ad priorē locū. Fugientibusq; egyptijs occurrerūt aque: ⁊ involuit eos dñs in medijs fluctib⁹ Reuersiq; sunt aque: ⁊ operuerūt curr⁹ et eq̄tes cūcti exercit⁹ pharaonis: q̄ sequntes ingressi fuerāt mare: nec un⁹ quidē superfuit ex eis. Filij aūt isr̄l̄ pcesserunt p medium sicci maris: et aque erāt eis quasi p muro a dextris et a sinistris. Liberauitq; dñs in die illa isr̄l̄ de manu egyptior̄: ⁊ viderūt egyptios mortuos sup litt⁹ maris: et manū magnā quā exercuerat dñs ꝓtra eos. Timuitq; ppl's dñm: ⁊ crediderūt dño ⁊ moysi seruo eius. Tūc tetinit moyses ⁊ filij isr̄l̄ carmē hoc dño et dixerūt. Tractus. Qātem⁹ dño gloriose eñ honorificatus est: equū ⁊ ascēsorē pcipit in mare. ℣. Adiutor ⁊ protector factus es mihi ī salutē.

℣. Hic deus me⁹ ⁊ honorabo eū: deus pris mei ⁊ exaltabo eū. ℣. Dñs conterēs bella: dñs nomen est illi.

OEus cui⁹ antiq mi Ōro racula ī pīenti quoq; seculo chorusare sentim⁹: pista qñs: ut sicut ꝑ populū ab egyptijs liberasti: hoc ad salutē gētiū opereris. ℣. Lcō sine A Pprehē titulo. Esa. iiij. dent septē mulieres virū unū die illa dicētes. Panem nr̄m comedem⁹: et vestimētis nr̄is operiemur: tm̄modo invocet nomen tuū sup nos: aufer opprobriū nostrū. In die illa erit germē dñi ī magnificētia ⁊ gloria: ⁊ fruct⁹ terre sublimis ⁊ exultatio his qui saluati fuerint de isr̄l̄. Et erit: ois q̄ relict⁹ fuerit ī sion: ⁊ residu⁹ in hierusalē: sanctus vocabit̄ ois q̄ scriptus est in vita ihier'm. Si ablouerit dñs sordes filiar̄ sion: ⁊ sanguinē lauerit de medio ei⁹ in spiritu iuditij ⁊ spiritu ardoris. Et creabit dñs sup oēm locū mōtis sion: et ubi invocat⁹ est nubē ꝑ diē: ⁊ fumū ⁊ splēdorē ignis flāmantis ī nocte. Super omnē eñ gloriā ꝓtectio: et tabernaculū erit ī umbraculū diei ab estu: ⁊ ī securitatē ⁊ abscōsionē a turbine ⁊ a pluuia. Tractus. Uinea facta est dilecto in cornu in loco uberi. ℣. Et maceriā circūdedi ⁊ circūfodi: et plātaui vineā sorech: et edificaui turrim in medio ei⁹. ℣. Et torcular fodi ī ea: vinea enī dñi sabaoth dom⁹ isr̄l̄ est

OEus q̄ nos ad celebrādū paschale sacramentū utriusq; testamenti pagīnis instruis: da nobis intelligere misericordiam tuā: ut ex pretiōe pīenciū munerū firma sit expectatio futuror̄. ℣. Lectio Et est he Esaie ꝓphe. liiij reditas seruor̄ dei et iusticia eor̄ apud me dicit dñs. Oēs sitientes venite ad aq̄s: ⁊ qui nō habetis argētū ꝓperate Emite ⁊ comedite: venite emite absq; argēto: ⁊ absq; ulla cō mutatione vinū et lac. Quare appēditis argentū nō in panibus: ⁊ laborē vr̄m nō in saturitate? Audite audiētes me: ⁊ comedite bonū: ⁊ delectabitur in crassitudine aīa vr̄a. Inclinate aurē vestrā ⁊ venite ad me: audite ⁊ viuet aīa vr̄a. Et feriā vobiscū pactū sempiternū: misericordias dauid fideles. Ecce testē ppl'is dedi eū: ducē ac p̄ceptorē gētibus. Ecce gentē quā nesciebas vocabis: et gentes q̄ nō cognouerūt te ad te current ꝓpter dñm deū tuū et scīm isr̄l̄: quia glorificauit te. Querite

dñm dñ inueniri potest: inuocate eum dñ ppe est. Derelinq impius viā suā: ⁊ vir iniquus cogitatiões suas: ⁊ reuertatur ad dñm ⁊ miserebit eius: et ad deū nr̄m: qñ mult⁹ est ad ignoscēdū. Nō enī cogitatões mee cogitatiões vestre: neq vie vestre vie mee dicit dñs. Quia sicut exaltant celi a terra: sic exaltate sunt vie mee a vijs vestris: ⁊ cogitatiões mee a cogitatiōib⁹ vestris. Et quō descēdit imber ⁊ nix de celo: et illuc vltra nō reuertit: sed inebriat terrā ⁊ infundit: et germinare eā facit: ⁊ dat semē serenti ⁊ panem comedēti. Sic erit verbū meū qđ egredietur de ore meo. Bitit dñs omps. **Tractus.** Attende celū que loquar: et audiat terra verba ex ore meo. ℣. Expectet sicut pluuia eloquiū meū: ⁊ descendāt sicut ros verba mea: quasi imber sup gramina. ℣. Et sicut nix sup fenū: qa nomen dñi inuocabo. ℣. Date magnificētiā deo nr̄o: deus vera opa eius: ⁊ oēs vie eius iudicia. ℣. Deus fidelis ī quo nō est iniqtas: iust⁹ ⁊ sanctus dñs. **Ōro.** Deus q̄ ecclesiā tuā semp gentiū voratiōe multiplicas: ꝓcede ppicius: vt quos aqua baptismatis abluis: ꝓtinua ꝓtectiōe tuearis. Per do.

Sine titulo. Deuterono. xxxj

Scripsit moyses cāticū: et docuit filios isrl̄. Precepitq iosue filio nun: ⁊ ait. Cōfortare et esto robust⁹. Tu enī introduces filios israel ī terrā quā pollicitus sum: ⁊ ego ero tecum. Postq̄ ergo scripsit moyses verba legis hui⁹ ī volumine atq tōpleuit: precepit leuitis qui portabāt archā federis dñi dicens. Tollite libr̄ istū et ponite eū ī latere arche federis dñi dei vestri: vt sit ibi cōtra te in testimoniū. Ego enī scio cōtentionē tuā: et ceruicē tuā durissimā. Adhuc viuente me et ingrediente vobiscū: semp cōtētiose egistis cōtra dñm: quāto magis cū mortuus fuero? Congregate ad me oēs maiores natu p trib⁹ vestras atq doctores: ⁊ loquar audiētibus eis sermones istos: et inuocabo contra eos celū ⁊ terrā. Noui enī q̄ post mortem meā inique agetis: ⁊ declinabitis cito a via quā p̄cepi vobis: ⁊ occurrēt vobis mala ī extremo tpe quādo feceritis malū in cōspectu domini: vt irritetis eū per opera manuū vestrarū. Locutus est ergo moyses audiente vniuerso cetu filiorū israel verba carminis huius: et ad finē

usq tōpleuit. **Tractus.** Sicut cervus desyderat ad fontes aquar̄ ita desyderat aīa mea ad te deus. ℣. Sitiuit aīa mea ad deū fontē viuum: qñ veniā ⁊ apparebo ante faciē dei mei. ℣. Fuerūt mihi lachryme mee panes die ac nocte: dū dicitur mihi q̄ singulos dies vbi est de⁹? **Oratio.** Concede qsūs dñe. tuus. omps deus: vt q̄ festa paschalia agimus: celestib⁹ desyderijs accensi: fontē vite sitiamus. Dñm. **Sequit̄ letania. Deinde hymnus.** Rex sanctor̄. **Cū quo itur ad fontē: ⁊ dimittit̄ ibi.** Mitte sanctū. **Et imediate duo frēs incipiant letaniā.** Kyrie eleyson. **usq ad illū versum.** Ut fontē istū. **Et ille ℣. repetat̄ sicut iuxta ignē tenetur. Deinde finita letania incipit̄ bñdictio fontis.** Omps sempiterne de⁹. **Bñdicto fonte distribuat̄ fons. Redeūdo ad chor̄ incipit̄ versus.** Mitte sctm. **usq ad finē. Et imediate cātor incipit paschale** Kyrie eleyson. **ad missam.** Gloria in excelsis **dicit̄.**

Deus q̄ hanc sacra **Ōro.** tissimā nocte gl'ia dñice resurrectiōis illustras: ꝓserua ī noua familie tue pgenie adoptiōis spm quē dedisti: vt mēte et corpe renouati purā tibi exhibeāt seruitutē. Per. eiusd.

Ad Colossenses. iij

Si cōsurrexistis cū christo: q̄ sursum sunt querite: vbi christus est ī dextera dei sedēs q̄ sursum sunt sapite: nō q̄ sup terrā. Mortui enī estis: et vita vr̄a abscōdita est cū christo in deo. Cū enī christ⁹ apparuerit vita vr̄a: tunc ⁊ vos apparebitis cū ipo ī gloria. Alla. ℣. Cōfitemini dño qñ bon⁹: qñ ī seculū misc̄dia ei⁹. **Trac⁹.** Laudate dominū oēs gētes: ⁊ collaudate eū oēs pp̄li. ℣. Qñ confirmata est sup nos misc̄dia ei⁹: et veritas dñi manet in eternū. **Scōm Matheū. xxviij.**

Vespere aūt sabbati: q̄ lucescit ī p̄ma sabbati: venit maria magdalene ⁊ altera maria videre sepulchr̄. Et ecce terremotus factus est magn⁹. Angelus enī dñi descēdit de celo: ⁊ accedēs revoluit lapidē: ⁊ sedebat sup eū. Erat aūt aspect⁹ eius sicut fulgur: et vestimēta eius sicut nix. Pre timore aūt ei⁹ exterriti sunt custodes: ⁊ facti sunt velut mortui. Respondens aūt angelus dixit mulieribus. Nolite timere vos. Scio enī q̄ iesum q̄ crucifixus est q̄rit̄is. Nō est hic: surrexit enī: sicut dixit. Venite ⁊ videte locū vbi posit⁹ erat dñs. Et cito eūtes: dicite discipulis eius quia

surrexit: ꝫ ecce p̃cedet vos i galileā. Ibi eū videbitis sicut dixit vob̃. Credo nō dicit̃: sed tm̃ modo Bn̄s vobiscū. Oremus Offer. nō dicit̃. Secr̃. Suscipe qn̄s dn̄e p̃ces populi tui cū oblationib⁹ hostiaꝝ: vt paschalibus initiate mysterijs: ad eternitatis nob̃ medelā te opante pficiāt. ℣. Prefatio. Te qui dē dn̄e oñi tpe: sed i hoc potiꝯ. Cōitātes. Hāc igit̃. Agn⁹ dei nō dicit̃: sed wstq̄ cōitaue rit incipit̃ añ. Alla. Ps̄. Laudate dn̄m oēs gē. Ad magnificat añ. Uelpe añt sabbati. Cōpl. Spiritū dn̄e tue charitatis infunde: vt quos sacramētis paschalib⁹ satiasti: tua facias pietate ꝯcordes. Per. eiusl. Bn̄di Deus vniuer cte carniū. Ole ꝯditor carnis: q̄ noe ꝫ filijs suis de mūdis et imūdis aīalibus p̃cepta dedisti: q̄bus sicut olera herbaꝝ humano generi quatrupedia mūda edere p̃cepisti: vt q̄ agnū in egypto moysi ꝫ pp̄lo tuo i vigilia pasche comedere iussisti: i figura agni dn̄i nr̄i ihesu christi: cuius sanguine oīa p̃mogenita tibi de mūdo redemisti: ꝫ nocte illa omne p̃mogenitū i egypto p̃cutere p̃cepisti: seruās populū tuū agni sanguine p̃notatū: dignare dn̄e deus omn̄s hanc ✠ dicere ꝫ sancti ✠ ficare has ouiū siue oim alioꝝ animaliū mūdoꝝ carnes: vt q̄cūq; ex populis tuis fidelibus comederint: oñi benedictione celesti ꝫ gr̄a saturati repleant̃ i bonis.

Benedic dn̄e. Lardi. Per. mine hāc creaturā lardi vt sit remediū salutare generi humano: et p̃sta p̃ inuocationē nois tui: vt quicūq; ex eo sumpserint: tā corporis sanitatē q̄z aie tutelā p̃cipiāt. ℣. Quoꝝ Sbenedictionis gr̄a ouoꝝ creature: de q̄ pullos gallinaꝝ p̃ducere dignat⁹ es: vt fiat tibus salutaris oīb⁹ fidelibus in gr̄aꝝ actiōe sumētib⁹. ℣. Lacreator ꝫ ꝯser lei ꝫ panis Beator ꝫ ꝯditor generis hūani: dator gr̄e spūal̃: largitor eterne salutis: tu dn̄e emitte spūm tuū bnū sup̄ hāc creaturā calei et panis: vt armati virtute celestis defensionis: oēs qui ex ea gustauerint: p̃ficiant illis ad eternā salutem. Per. Allei et Benedic dn̄e hāc aliarū. creaturā allei: at omniū mundarū herbaꝝ: pisciū: fructuū: quā tu dn̄e de rore celi et inundātia pluuiaꝝ: ac tēpoꝝ serenitate ac tranquillitate ad

maturitatē p̃ducere dignatus es: ꝫ dedisti ea ad vsus nr̄os cū gr̄arū actione p̃cipere in noīe dn̄i nr̄i ihesu christi. Qui tecū vi. Et bn̄dictio dei patris. Tūc aspgat̃ ꝫ thurificet̃. ℂ In die pasche aspergēdo p̃pulū canit̃ Vidi aquam. ℣. Dn̄e apud te est fons vite. Colla. Concede qn̄s omn̄s deus. Ad p̃cessionē. Cū rex glorie. Hymnus. Salue festa dies. cū ceteris. Intrādo eccles̃iam. Sedit angelus. Ad missam Introitus

Resurrexi et adhuc tecum sum alla: posuisti sup̄ me manuꝝ tuam alla: mirabilis facta ē scientia tua all̃. alla. Ps̄. Dn̄e probasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionē meā et resurrectionē meam. Oro. Deus q̄ hodierna die per vnigenitū tuū eternitatis nobis aditū deuicta morte reseraſti: vota nostra q̄ p̃veniendo aspiras: etiā adiuuando p̃sequere. Per eū. Ad Corinthios. j. ca. v. Frēs: Expurgate vetus fermentū vt sitis noua cōspersio sic̃ estis azymi. Etenim pascha nostꝝ immolat⁹ est christus. Itaq; epulemur. Nō in fermento veteri neq; in fermēto malicie ꝫ nequitie: sed i azymis sinceritatis ꝫ veritatis. Grad. Hec dies quā fecit dn̄s: exultemus ꝫ letemur i ea. ℣. Cōfitemini dn̄o q̄m bonus: q̄m in seculum misericordia eius. Alla. ℣. Pascha nostrū imolatus est christus. ℣. Epulemur i azymis sinceritatis ꝫ veritatis. Sequētia. Uictime. Scām Marcū. exod. Ad illo tē. Maria magdalene et maria iacobi et salome emerūt aromata: vt veniētes vngerēt ihesum. Et valde mane vna sabbatorū veniūt ad monumentū: orto iā sole. Et dicebāt ad inuicē. Quis reuoluet nobis lapidē ab ostio monumēti. Et respicientes: viderūt reuolutū lapidē. Erat q̄ppe magnus valde. Et introeūtes in monumentū: viderūt iuuenē sedentē a dextris cooptū stola cādida: ꝫ obstupuerūt. Qui dicit illis. Nolite expauescere Ihesum queritis nazarenū crucifixū: surrexit: nō est hic. Ecce locus vbi posuerūt eū. Sed ite dicite discipulis eius et petro: quia p̃cedet vos in galileam. Ibi eum videbitis: sicut dixit vobis. Credo dicit̃. Offer. Terra tremuit ꝫ quieuit: dū resurgeret in

iudicio deus alla. Secre. Suscipe quesumus dne preces ppli tui cu oblationib⁹ hostiaꝝ: ut paschalib⁹ initiate mysterijs: ad eternitatis nob medela te cooperante pficiat. P. Prefatio de resurrectione. Cõio. Pascha nrm immolatus est christ⁹ alla: itaqꝫ epulemur in azymis synceritatis et veritatis alla alla alla. Cõpl. Spm nob dne tue charitatis infunde: ut quos sacramẽtis paschalib⁹ satiasti tua facias pietate concordes. P

¶ Feria scda Intro. Introduxit vos dns in terrã fluẽtẽ lac et mel alla: et legem dni semper sit in ore vro alla alla. Ps. Cõfitemini dño quoniã bonus: quoniã in seculũ misericordia eius. Oro. Deus qui solẽnitate paschali mundo remedia cõtulisti: populũ tuum quesumus celesti dono pleẽre: ut et libertatẽ pfectã cõsequi mereat: et ad vitã pficiat sempiternã. Per dm. Lectio

In diebus actuũ apl̃oꝝ. c. illis: Stans petr⁹ in medio plebis dixit. Viri fratres: vos scitis qđ factũ est verbũ p universam iudeã: incipiens enim a galilea post baptismũ qđ pdicauit iohannes ihesum a nazaret: quẽ unxit eũ de⁹ spũsctõ et virtute. Qui ptransiuit bñfaciẽdo et sanãdo oẽs oppssos a diabolo: quoniã deus erat cum illo. Et nos sum⁹ testes oim q̃ fecit in regione iudeoꝝ et hierlm: quẽ occiderũt suspẽdentes in ligno. Hunc de⁹ suscitauit tertia die: et dedit eum manifestũ fieri nõ oĩi pplo: sed testib⁹ pordinatis a deo: qui manducauim⁹ et bibim⁹ cum illo postqꝫ resurrexit a mortuis. Et pcepit nobis pdicare pplo et testificari. Quia ipse est qui ꝯstitut⁹ est a deo iudex viuorũ et mortuoꝝ. Huic oẽs pphete testimoniũ perhibẽt: remissionẽ pctõꝝ accipere p nomẽ eius oẽs qui credũt in eũ. Grad. Hec dies quã fecit dns exultem⁹ et letemur in ea. ℣. Dicat nũc isrl qm bon⁹: qm in seculũ misericordia ei⁹. Alla ℣. Nõne cor nostꝝ ardẽs erat in nobis de ihesu: dum nob loquerek in via.

In illo Scõm Lucã. xxiiij

Itpe. Duo ex discipul' ihesu ibãt ipa die in castellũ qđ erat in spatio stadiorũ sexaginta ab hierusalẽ noie emaus: et ipi loqbant ad invicẽ de his oĩbus q̃ acciderant. Et factũ est dũ fabularent et secũ qrerẽt: et ipse ihesus appropinquãs ibat cũ illis. Oculi aũt illoꝝ tenebãtur ne eũ agnoscerẽt. Et ait ad illos. Qui sunt hij sermones: quos confertis ad invicẽ ambulãtes: et estis tristes. Et rñdens unus cui nomẽ cleophas dixit ei. Tu solus peregrin⁹ es in hierusalẽ: et nõ cognouisti q̃ facta sunt in illa his diebus? Quibus ipe dixit. Que? Et dixerũt. De ihesu nazareno: qui fuit vir pphet⁹ potẽs in opere et sermone coram deo et oĩ pplo. Et quõ eũ tradiderũt summi sacerdotes et pncipes nostri in damnationẽ mortis: et crucifixerũt eum. Nos aũt sperabam⁹ qa ipse esset redẽpturus isrl. Et nũc sup her oĩa tertia dies est hodie: q̃ her facta sunt. Sed et mulieres quedã ex nris terruerũt nos: q̃ ante lucẽ fuerũt ad monumẽtũ: et nõ inuẽto corpe eius: venerũt dicẽtes se etiã visionem angeloꝝ vidisse: qui dicũt eũ vivere. Et abierunt quidã ex nris ad monumentũ: et ita inuenerũt sicut mlieres dixerũt: ipm vero nõ inuenerũt. Et ipse dixit ad eos. O stulti et tardi corde ad credẽdũ in oĩb⁹ q̃ locuti sunt pphete. Nõne her oportuit pati christũ: et ita intrare in gloriã suã. Et incipiẽs a moyse et oĩbus pphetis: interpretabatur illis in oĩbus scripturis q̃de ipo erat. Et appropinquerũt castello quo ibãt: et ipse se finxit lõgius ire. Et coegerũt illũ dicẽtes. Mane nobiscũ dne: quoniã advesperascit: et inclinata est iã dies. Et intrauit cũ illis. Et factũ est dũ recũberet cũ eis: accepit panẽ: et bñdixit ac fregit: et porrigebat illis. Et apti sunt oculi eoꝝ: et cognouerũt eũ: et ipse evanuit ab oculis eoꝝ. Et dixerũt ad invicẽ. Nõne cor nostꝝ ardẽs erat in nobis dum loqret in via: et aperiret nob scripturas? Et surgentes eadẽ hora: regressi sunt in hierlm: et inuenerũt congregatos undecim: et eos q̃ cũ ipsis erant dicẽtes: q̃ surrexit dns vere: et apparuit simoni. Et ipsi narrabãt q̃ gesta erãt in via. Et quõ cognouerũt eũ in fractiõe panis. Offer. Angelus dñi descẽdit de celo et dixit mulieribus: quẽ queritis: surrexit sicut dixit vob alla. Secre. Paschales hostias recẽlentes quesumus dne ut qđ frequẽtam⁹ actu: cõprehendam⁹ effectu. Per. Cõio. Surrexit dns: et apparuit petro alla. Impleat in nobis quesumus Cõpl. dne sacramenti paschal' sctã libatio: nosqꝫ de terrenis effectibus ad celeste trãsferat institutũ. Per. ¶ Feria tercia Intr.

Qua sapientie potauit eos alla: firmabit illet et nõ flectet alla: et exaltabit eos in eternũ alla alla. Ps. Cõfitemini dño quoniã bonus: quoniã in seculũ misericordia ei⁹.

DEus q̄ ecclesiā tuā Oro. nouo semper fetu multiplicas: tōcede famulis tuis: ut sacramentū viuēdo teneāt qđ fide pcepērūt. Per. Lcō actuū apl̄oz. xiij.

IN diebus illis: Surgēs paulus: ⁊ manu silentiū inditens ait. Viri fratres filij generis abraā: ⁊ q̄ in vobis timent deum: vobis verbū salutis huius missuz est Qui eīm habitabāt hierusalē et principes eius: ignorātes ie sum ⁊ voces pphetarum que p oīne sabbatū legūtur: iudicātes impleuerunt: et nullā causam mortis inuenientes in eo pterierunt a pilato vt interfirent euz. Cūq; cōsummassent oīnia que de eo scripta erāt: deponētes eū de ligno: posuerūt in monumēto. Deus vero suscitauit eum a mortuis. Qui visus est per dies multos: hijs qui simul ascenderāt cū eo de galilea in hierusalē: qui vsq; nūc sunt testes eius ad plebē. Et nos vobis annunciamus eam que ad patres nostros repromissio facta est. Quoniam hāc adimpleuit deus filijs vestris: resuscitās iesum christū dōm nostrū. Grad. Hec dies. ℣. Dicāt nūc q̄ redēpti sunt a dño quos redemit de manu inimici ⁊ de regionib⁹ congregauit eos. Alla. ℣. Angelus dñi descēdit de celo: et accedēs reuoluit lapidē: ⁊ sedebat sup eū. ℣. Respōdēs aūt angelus dixit mulieribⁿ: quē queritis: ille aūt dixerūt iesum nazarenū. Seqūm Lucā. xxiiij.

IN illo tpe. Stetit iesus in medio discipulorū suoz: ⁊ dixit eis. Pax vobis. Ego sum: nolite timere. Cōturbati vero ⁊ exterriti: existimabāt se spiritū videre. Et dixit eis. Quid turbati estis: ⁊ cogitatiōes ascēdūt i corda vestra? Videte manus meas ⁊ pedes: qa ego ipe suz. Palpate ⁊ videte: qa spūs carnē ⁊ ossa nō habet sicut me videtis habere. Et cum hec dixisset: ostēdit eis manⁿ et pedes. Adhuc aūt illis nō credētibus ⁊ mirantibus p gaudio dixit. Habetis hic aliquid qđ manducē? At illi obtulerūt ei partē piscis assi ⁊ fauum mellis. Et cū māducasset coram eis: sumens reliquias dedit eis. Et dixit ad illos. Hec sunt verba q̄ locutus sum ad vos cū adhuc essem vobiscum Qm̄ necesse est impleri oīnia q̄ scripta sunt i lege moysi et pphetis ⁊ psalmis de me. Tunc aperuit illis sensuz vt intelligerēt scripturas. Et dixit eis. Qm̄ sic scriptū est: ⁊ sic oportebat christū

pati: ⁊ resurgere a mortuis die tertia: ⁊ pdicare in noīe eius penitentiā et remissionē pcatorū in oīnes gētes. Offer. Intonuit de celo dñs: ⁊ altissimus dedit vocē suam: et apparuerunt fontes aquarū alla. Secre. Suscipe dne fideliū pces cū oblatiōibus hostiaz: vt p hec pie deuotiōis officia: ad celestē gloriā trāseamus. Per. Cōio. Si cō surrexistis cum christo que sursum sunt querite alla: vbi christus est in dextera dei sedēs: que sursum sunt sapite alla. Cōpl. Cōcede quesum⁹ omps deus: vt paschalis pceptio sacramēti cōtinua in mētib⁹ nostris pseueret. P.

Feria quarta Introitus.

VEnite benedicti patris mei percipite regnū alla: quod vobis paratum est ab origine mūdi alla alla alla. Ps. Cāte dño canticū nouū: quia mirabilia fecit. ℣. Deus qui Oro. nos resurrectiōis dñice annua solēnitate letificas: cōcede picius: vt p tēporalia festa q̄ agimus: puenire ad gaudia eterna mereamur. Per. Lectio actuum apostolorū. iij.

IN dieb⁹ illis: Aperiēs petr⁹ os suū dixit: Viri israelite: et qui timetis deum audite. Deus abraā et deus ysaac et deus iacob: deus patrū nostrorū glorificauit filiū suū ie sum. Quē vos quidē tradidistis et negastis ante faciē pilati iudicante illo dimitti. Vos aūt sanctū et iustū negastis: ⁊ petistis virū homicidā donari vob. Auctorē vero vite interfecistis: quē deus suscitauit a mortuis: cui⁹ nos testes sum⁹ Et nūc fratres scio: qa p ignorantiā fecistis sicut et pncipes vestri. Deus aūt q̄ pnūciauit p os oīm pphetarum pati christum suū impleuit sic. Penitemini igit̄ ⁊ cōuertimini: vt deleant̄ pcata vra. Grad. Hec dies. ℣. Dextera dñi fecit virtutē: dextera dñi exaltauit me. Alla. ℣. Christus resurgēs ex mortuis: iam nō moritur: mors illi vltra nō dominabit. Seqūm Johānē. xxj

IN illo tpe: Manifestauit se iesus discipulis suis ad mare tyberiadis. Manifestauit aūt sic. Erāt simul simon petrus et thomas qui dicit̄ didimus: et nathanael q̄ erat a chana galilee: ⁊ filij zebedei: et alij ex discipulis ei⁹ duo. Dicit eis simon petr⁹. Vado piscari. Dicūt ei. Venim⁹ et nos tecū. Et exierunt et ascēderūt in nauim: ⁊ illa nocte nihil prēdiderunt. Mane autem facto stetit

Vere dignum et iustum est equum et salua re:

Nos tibi semper et vbiqz gratias a gere domine sancte

pater omnipotēs e terne deus: Quia per incarnati verbi

mysterium noua mentis nostre oculis luxtu e clarita

tis infulsit: vt dum visibiliter deum cognoscimus: per

hunc in invisibi lium amorem ra pia mur. Et

ideo cū angelis et archangelis cū throno nis et domi na

tio nibus. Cumqz omni militia celestis exercitus hym

num glorie tue canimus sine fi ne dicen tes

Sanctus

De nativitate domini nota dominicalis.

Dominus vobiscū. Et cum. Sursum corda. Gratias

agamus domino de o no stro. Bi gnum et iu.

Vere dignū et iustū est equum et salua re: Nos

tibi semp et vbiqz gratias agere dñe sancte pater oīpotēs

e terne deus: Quia per incarnati verbi mysterium noua

mentis nostre oculis luxtu e clarita tis infulsit:

vt dū visibiliter deū cognoscimus: per hūc in invisibiliū

amorem rapia mur. Et ideo cum angelis z archangelis

cum thro nis et domi natio nibus. Cumqz omni

militia celestis exercitus hymnū glorie tue canimus

sine fi ne dicen tes.

De epiphania domini sub no ra duplici.

Vere dignum et iustum est equū et salutare: Nos ti

bi semper et vbiqz gratias agere domine sancte pater

omnipotens e terne deus: Quia cum vnigenitus tuus

in substantia nostre mortalitatis apparuit in noua nos

immortalitatis su e luce repara uit. Et ideo cum

angelis et archangelis cum thro nis et domi na ti o

nibus. Cumqz omni militia celestis exer citus hymnū

glorie tue canimus sine fi ne dicen tes

De epiphania domini nota dominicalis.

Vere dignū et iustum est equū et salutare: Nos ti

bi semper et vbiqz gratias agere domine sancte pater

oīpotēs eterne deus: Quia cū vnigenitus tn? in substātia

nr̄e mortalitatis apparuit in noua nos īmortalitatis su

e luce repara uit. Et ideo cum angelis et archangelis

cum thro nis et domi natio nibus. Cumqz omni mili

tia celestis exercitus hymnū glorie tue canimus sine fi

In quadragesi ma nota feria- lis.

Der omnia ne dicen tes.

secula seculorum. Dominus vobiscū. Sursum corda.

Gratias agamus dño deo nostro. Vere dignū

et iustum est equū et salutare: Nos tibi semp et vbiqz

gras agere dñe sctē pater oipotēs eterne deus: qui corpora

li ieiunio vitia cōprimis mentē eleuas virtutē largiris z

premia p christū dominū nostrū: Per quē maiestatē tuā

laudāt angeli adorāt dominationes tremunt potestates.

Celi celorumqz virtutes ac beata seraphin socia exulta

tione concelebrant. Cum quibus z nras voces ut admitti

De sancta cruce sub

iubeas deprecamur supplici cōfessione dicētes. nō duplici.

Vere dignū et iustum est equum et saluta re: Nos

tibi semper et vbiqz gratias agere domine sancte pater

omnipotens eterne deus. Qui salutem humani generis

in ligno crucis constitu i sti vt vnde mors orie ba tur

inde vi ta resur geret: Et qui in ligno vin ce bat

in ligno quoqz vinceretur: Per christum do minum no

strũ: ℣er quẽ maiestatẽ tuã laudãt angeli adorãt domi

nati o nes tremunt potesta tes. Celi celorumqz virtu

tes ac beata se raphin so cia exultatio ne con

te lebrant. Cum quibus ℣ nras voces ut admitti iubeas

depreca mur sup plici confessio ne dicen tes.

De sancta cruce dñi-caliter.

Ere dignũ et iustum est equum

et saluta re: Nos tibi semper et vbiqz gratias agere

domine sancte pater omnipotens eterne deus. Qui salutẽ

hũani generis in ligno crucis cõstituisti vt vnde mors ori

ebatur inde vi ta resur geret. Et qui in ligno vincebat:

in ligno quoqz vincere℟: p christũ do minũ nostrum: ℣er

quẽ maiestatẽ tuã laudant angeli adorãt dominatiões tre

munt po testa tes. Celi celorumqz virtutes ac beata se=

raphin so cia exultatio ne conte lebrant. Cum qui

bus ℣ nras voces ut admitti iubeas deprecamur supplici

De sancta cruce feri-aliter.

Ere dignũ confessio ne dicentes.

et iustum est equum et salutare: Nos tibi semper et vbiqz

gratias agere domine sancte pater omnipotens eterne de

us:Qui salutē humani gñis in ligno crucis cōstituisti:ut

unde mors oriebaꝝ inde vita resurgeret.Et q̄ in ligno vin

cebat:in ligno quoqz vincereꝝ:p christū dñz nr̄m:Per quē

maiestatē tuā laudāt angeli adorāt dominatiões tremūt

potestates.Celi celorūqz virtutes ac beata seraphin socia

exultatione concelebrant.Cū quibus et nr̄as voces ut ad

mitti iubeas deprecamur supplici confessione dicentes.

De resurrecti one domini nota duplex

Ere dignum et iustum est equū et

salutare.Te quidem domine omni tempore sed in hor po

tissimum die glorioslus predicare cum pascha nostrum

immolatus est christus. Ipse eñ verus est agnus qui

abstulit pec cata mundi. Qui mortem nostrā moriendo

destruxit:et vi tam resurgendo reparauit.Et ideo cum

angelis et archangelis cum thro nis et domi natio

nibus. Cumqz omni militia celestis exercitus hymnum

De resurrecti one sub nota dominicali.

gloric tue canimus sine fi ne dicen tes

Ere dignum et iustum est equum et saluta re.

Te q̄dē domie oñi tēpore sed in hor potissimū die glorio

sius predicare cũ pascha nostrũ immola tus est christus

Ipse eñ verus est agnus q̃ abstulit pec cata mũdi. Qui

mortem nostrã moriendo destruxit ⁊ vi tam resurgendo

repara uit. Et ideo cũ angelis et archangelis cũ thronis

et domi natio nibus. Cũq̃ omni militia celestis exerci

tus hymnum glorie tue canimus sine fi ne dicen tes.

De ascensione domini: Nota duplex.

UEre dignum et iustum est equum

et saluta re: Nos tibi semper et ubiq̃ gratias a ge

re domine sancte pater omnipotens e terne deus: Per

christum dñ minũ nostrũ: Qui post resurrectionẽ suam

oñibus discipulis suis manifestus apparuit ⁊ ipis cernẽ

tibus est eleuatus in ce lum ut nos diuinitatis su e tribu

eret es se parti cipes. Et ideo cũ angelis et archangelis

cum thronis ⁊ domi natio nibus. Cumq̃ oñi militia

celestis exercitus hymnũ glorie tue canimus sine fi ne

De ascensione dñi. nota dñical'.

UEre dignũ et iu= dicen tes.

stũ est equũ et saluta re: Nos tibi semper et ubiq̃ gra

tias agere domine sancte pater oñipotens eterne deus

per christū dñ minū nostrū. Qui post resurrectionē suā

omnibus discipulis suis manifestus apparuit: ꝯ ipsis vi

dentibus est elevatus in celum: ut nos divinitatis su e

tribueret es se parti cipes. Et ideo cum angelis et ar-

changelisq; thro nis et dñi natio nibus. Cumq;

oñi militia celestis exercitus hymnū glorie tue canimus

De sancto spiritu Nota duplex.

Vere dignū et sine fi ne dicen tes.

iustum est equū et saluta re: Nos tibi semper et ubiq;

gratias agere domine sancte pater oñipotens eterne deus

Per christum dñ minum nostrū. Qui ascēdens sup oēs

celos sedensq; ad dexteram tuā promissum spiritum scm̄

Hodierna die in fi lios adoptio nis effu dit. Quapro

pter profusis gaudijs totus in orbe terrarum mun dus

exul tat. Sed et superne virtutes atq; angelice potestates

hymnum glorie tu e concinunt sine fi ne dicen tes.

De sancto spiritu sub nō dominicali.

Vere dignū et iustum est equum et

salutare: Nos tibi semper et ubiq; gratias agere domine

sancte pater oīpotens eterne deus: Per xp̄m dñ minum

nostrū. Qui ascēdens sup oēs celos sedensq; ad dexteram

tuā promissum spiritum scm̄ Hodierna die in fi lios

adoptio nis effudit. Quapropter profusis gaudijs totus

in orbe terrarū mū dus exul tat. Sed et superne virtutes

atq; angelice potestates hymnum glorie tue concinunt si

De sancta Trinitate nota duplex.

Vere dignū et iu ste ne fi ne dicen tes.

stum est equū et salutare: Nos tibi semper et ubiq; gra

tias agere domine sancte pater oīnipotēs eterne deus: Qui

cum unigenito filio tuo et spiritu sancto unus es deus

unus es dominus non in unius singularitate persone:

sed in uni us trinita te substan tie. Quod enim de

tua gloria reuelante te credimus: hoc de fili o tu o: hoc

de spiritu sancto sine differentia discretionis sentimus:

ut in confessione vere sempiterneq; dei ta tis et in perso

nis proprietas et in essentia unitas et in maiesta te ado

re tur equa litas. Quā laudāt angeli adorāt dominati

ones tremunt potesta tes. Celi celorumq; virtutes ac bea

ta seraphin sa cia exultatio ne concelebrāt. Cū q̄bus

et nostras votes vt admitti iubeas deprecamur sup plici

confessio ne diten tes.

De sancta trinitate sub notado minicali.

Uere dignū et iustum est equū et saluta re: Nos

tibi semper z vbiqz gratias agere dñe sancte pater oñi

potens eterne deus: Qui cum unigenito filio tuo et spi-

ritu sancto vnus es deus: vnus es dominus non in unius

singularitate persone: sed in uni us trinita te substan

tie. Quod enim de tua gloria reuelante te credimus: hoc

de filio tuo: hoc de spiritu sancto sine differentia discreti-

onis sentimus vt in confessione vere sempiterneque dei-

tatis et in personis proprietas et in essentia unitas et in

maiesta te adore tur equa litas. Quā laudāt angeli

adorant dominationes tremunt po testa tes. Celi ce

lorumqz virtutes ac beata seraphin so cia exultatio

ne conce lebrant. Cū quibus et nostras voces vt admit

ti iubeas deprecamur sup plici confessio ne dicentes.

De beata virgine notadu-plex.

Uere dignū et iustū est equū et salu

ta re: Nos tibi semper z vbiqz gratias agere domine

sancte pater omnipotens eterne deus. Et te in In assumptione In natiuitate In presentatiõe ve ne ra ti o ne In conceptione In annuntiatiõe

beate Marie semper virginis exultantibus animis

collaudare benedicere et predica re. Que et unige-

nitum tuum sancti spiritus obumbratione con cepit:

et virginitatis gloria permanente huic mundo lumen

eternum effudit iesum christũ do minum nostrũ. Per

quem maiestatem tuam laudant angeli adorant domi

nationes tremunt potestates. Celi celorumqz virtutes

ac beata seraphin so cia exultatio ne conce lebrant.

Cum quibus et nostras voces ut admitti iubeas depre

De btã virgine nota do

camur sup plici confessio ne dicentes. minicalis.

Vere dignum et iustum est equum et saluta re:

nos tibi semper et vbique gratias agere domine sancte

pater omnipotens eterne deus: Et te in veneratione be-

ate Marie semper virginis exultantibus animis tol-

laudare benedicere et predica re. Que et unigenitum

tuũ sancti spiritus obumbratione cõcepit: et virginitatis

gloria permanẽte huic mũdo lumen eternũ effudit iesum

christū do minum nostrum. Per quē maiestatē tuā lau

dant angeli adorant dominationes tremunt potesta tes

Celi celorūqz virtutes ac beata seraphin so cia exultati

o ne conce lebrant. Cum quibus et nostras voces ut

admitti iubeas deprecamur sup plici confessio ne

De apostolis nota duplex.

Vere dignum et iustum dicentes.

est equum et salutare: Te domine suppliciter exorare ut

gregem tuum pastor eterne non deseras: sed per beatos

apostolos tuos conti nua protectio ne custodias: Ut

ijsdē rectoribus gubernet quos operis tui vicarios eidē

cōtu listi preel se pastores. Et ideo cū angelis et archan

gelis cum thro nis et domi natio nibus. Cumqz omni

milicia celestis ex ercitus hymnū glorie tue canimus

De apostolis nota dominicalis.

Vere dignum sine fi ne dicentes.

et iustum est equū et saluta re: Te domine suppliciter

exorare: Ut gregem tuū pastor eterne nō deseras: sed per

beatos apostolos tuos cōti nua protectio ne custodias

Ut ijsdem rectoribus gubernetur quos operis tui vica-

rios eidem cõtulisti preeſ ſe paſtores. Et ideo cum ange

lis et archangelis cũ thronis et domi natio nibus. Cũq;

oñi militia celestis exercitus hymnũ glorie tue canimus

D Er oñia ſecula Prefatio quotidiana nota duplex. ſine fi ne dicẽtes.

ſeculorũ. O ominus vobiſcũ Surſum corda. G ratias

agamus dõ mi no deo noſtro. U Ere dignum

et iuſtum eſt equum et ſalutare: Nos tibi ſemper et

vbiqz gratias agere domine ſancte pater oñipotens

eterne deus: Per chriſtũ dõ minum no ſtrũ. Per quẽ

maieſtatẽ tuam laudant angeli adorant dominati ones

tremunt po teſta tes. Celi celorumqz virtutes ac beata

ſeraphin ſo cia exultatio ne concelebrant. Cũ quibus

et noſtras voces ut admitti iubeas deprecamur ſupplici

D Er oñia ſecula Prefatio quotidiana nota dominicalis. cõfeſſio ne dicẽtes.

ſeculorũ. O ominus vobiſcũ Surſum corda. G ratias

agamus dõ mino deo noſtro. U Ere dignũ et iuſtũ

eſt equũ et ſalutare: Nos tibi ſempꝫ vbiqz gratias agere

domine ſancte pater omnipotens eterne deus per chriſtũ

do minū nostrū: ℘er quē maiestatē tuā laudant angeli

adorāt dominationes tremunt potestates. Celi celorūqz

virtutes ac beata seraphin so cia exultatio ne conce

lebrant. Cum quibus et nostras voces ut admitti iubeas

deprecamur sup plici confessio ne dicentes. ℘refatio ge nerāl sub no ta ferialı.

Per omnia secula seculorum. Dominus vobiscū

Sursum corda. Gratias agamus domino deo nostro.

Vere dignū et iustū est equum et salutare Nos tibi

semper et ubiqz gratias agere domine sancte pater omni

potēs eterne deus: ℘er chr̄m dn̄m nostrū: ℘er quē maie

statē tuā laudant angeli adorāt dominationes tremunt

potestates. Celi celorūqz virtutes ac beata seraphin socia

exultatione concelebrant. Cū quibus et nostras voces ut

admitti iubeas deprecamur supplici confessione dicentes.

Per omni a secula seculorum. Amē. Oratio domi nica sub nota duplici.

Oremus: preceptis salutaribus moniti ⁊ diuina instituti

one formati audem⁹ dicere: Pater noster qui es in celis

sanctificetur nomē tuum: Adueniat regnum tuum: Fiat

voluntas tua sicut in celo et in terra: ℙanem nr̃m quoti

dianũ da nobis hodie: Et dimitte nobis dẽbita nostra si

cut et nos dimittimus dẽbitoribus nostris: Et ne nos in

ducas in tentationẽ: Sed libera nos a malo. Oratio dominica sub nota dominicali.

℣ Er omnia secula seculorũ. Amẽ. Oremus preceptis

salutaribus moniti ⁊ diuina institutiõe formati audem⁹

dicere: ℙater noster qui es in celis sanctificetur nomẽ tuũ

Adueniat regnum tuum Fiat voluntas tua sicut in celo ⁊

in terra: ℙanem nostrum quotidianum da nobis ho-

die: Et dimitte nobis dẽbita nostra sicut et nos dimitti

mus dẽbitoribus nostris: Et ne nos inducas in tentati

onem: Sed libera nos a malo.

Ē igitur clemētissime pater: per iesum christum filium tuum dominū nostrum supplices rogamus ac petimus: uti accepta habeas ⁊ benedicas: Hec do✠na: Hec mu✠nera. Hec san✠cta sacrificia illibata. In primis que tibi offerimus pro ecclesia tua sancta catholica: quā pacificare: custodire: adunare et regere digneris toto orbe terrarum: una cum famulo tuo papa nostro. N. ⁊ antistite nostro. N. et rege nostro. N. Et omnibus orthodoxis: atqz catholice et apostolice fidei cultoribus. Memento domine famulorum famularumqz tuarū. N. Memoria viuorū.

Et omnium circumstantium quorum tibi fides cognita est et nota deuotio: pro quibus tibi offerimus: vel qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis: pro se suisq; omnibus: pro redemptione animarum suarum: pro spe salutis et incolumitatis sue: tibi q; reddunt vota sua: eterno deo viuo et vero. Communicantes et memoriam venerantes. In primis gloriose semperq; virginis marie genitricis dei: et domini nostri iesu christi. Sed et beatorum apostolorum ac martyrum tuorum Petri Pauli Andree Iacobi Iohannis Thome Iacobi Philippi Bartholomei Mathei Simonis et Thadei Lini Cleti Clementis Sixti Cornelij Cypriani Laurentij Crisogoni: Iohannis et Pauli Cosme et Damiani. Et omnium sanctorum tuorum: quorum meritis precibusq; concedas: vt in omnibus protectionis tue semper mu ✠ niamur auxilio. Per eundem christum dominum nostrum. Inclinando dic. Hanc igitur oblationem seruitutis nostre: sed et cuncte familie tue. Quesumus domine: vt placatus accipias: diesq; nostros in tua pace disponas: atq; ab eterna damnatione nos eri ✠pi: et in electorum tuorum iubeas grege numerari. Per christum dominū nostrum. Erigendo dic. Quam oblationem tu deus in omnibus quesumus bene ✠dictam: aſcri ✠pta

ra ✠ tam: rationabilem acceptabi-
lemqz facere digneris: vt nobis ✠ Cor
✠pus et ✠ San ✠ guis fiat dilectis-
simi filij tui domini nostri iesu chri-
sti. ✠ Qui pridie quã paceretur: acce-
pit panem in sanctas ac venerabiles
manus suas: et eleuatis oculis in ce-
lum: ad te deum patrem suum omni-
potentem: tibi gratias agẽs: bene ✠
dixit: fregit: dedit discipulis suis: di-
cens. Accipite: et manducate ex hoc
omnes. ✠ Hoc est enim corpus meum
Leua corpus in altum: et posito cor-
pore dic. ✠ Simili modo postquam
cenatum est. Accipiens et hunc pre-
clarum calicem in sanctas ac vene-
rabiles manus suas. Item tibi gra-
tias agens: bene ✠ dixit: dedit di-

scipulis suis dicens. Accipite et bi-
bite ex eo omnes. ✠ Hic est enim calix
sanguinis mei: noui et eterni testa-
menti: mysterium fidei: qui pro vo-
bis et pro multis effundetur in re-
missionem peccatorum. Leua cali-
cem. Repone: et dic. ✠ Hec quotiens-
cunqz feceritis: in mei memoriam fa-
cietis. ✠ Unde et memores nos do-
mine serui tui: sed et plebs tua san-
cta eiusdem christi filij tui domini
dei nostri: tam beate passionis: nec-
non et ab inferis resurrectionis: sed
et in celos gloriose ascensionis: of-
ferimus preclare maiestati tue de tu-
is donis ac datis. ✠ Hostiam pu-✠
ram. ✠ Hostiam san✠ctam. ✠ Hosti-
am immaculatam. ✠ Panem san-

ctum ✠ vite eterne: et Calicem ✠ sa
lutis perpetue. Extende manus su=
pra utrunqz. Supra que propicio
ac sereno vultu respicere digneris: et
accepta habere: sicuti accepta habe=
re dignatus es munera pueri tui iu=
sti abel: et sacrificium patriarche no=
stri abrae: et quod tibi obtulit sum=
mus sacerdos tuus melchisedech: san
ctum sacrificium: immaculatam ho=
stiam. Inclinando dic. Supplices
te rogamus omnipotens deus: iu=
be hec perferri per manus sancti an=
geli tui: in sublime altare tuum: ante
conspectum diuine maiestatis tue: et
presta ut quotquot ex hac altaris par
ticipatione: Hic osculare altare sa=
crosanctū filij tui Cor ✠ pus et san=
✠ guinem sumpserimus: omni be=
ne ✠ dictione celesti et gratia replea=
mur. Per eundem christum dominū
nostrum. Amen. Memento etiam
domine famulorum famularumqz
tuarum: et eorū qui nos preceserunt
cum signo fidei: et dormiūt in somno
pacis. Memoria mortuorū. Ipsis
dñe ⁊ omnibus hic ⁊ ubiqz in christo
quiescentibus: locum refrigerij: lucis
ac pacis ut indulgeas: deprecamur.
Per eundem christum dominum no
strum. Amen. Nobis quoqz pec=
catoribus famulis tuis de multitu=
dine miserationum tuarum speran=
tibus: partem aliquā et societatē do=
nare digneris: cum tuis sanctis apo=
stolis et martyribus. Iohāne. Ste=

phano. Mathia. Barnaba. Igna
cio. Alexandro. Marcellino. Pe=
tro. Felicitate. Perpetua. Aga=
tha. Lucia. Agnete. Cecilia. Ana
stasia: et cum omnibus sanctis tu=
is. Intra quorum nos consortium
non estimator meriti: sed venie que=
sumus largitor admitte. Per christū
dominū nostrū. Non dicitur Amen.
Per quē hec omnia domine semper
bona creas. Sancti ✠ ficas. Uini=
✠ficas. Bene ✠ dicis: ✠ prestas no
bis Per ip ✠ sum. Et cum ip ✠ so.
Et in ip ✠ so est tibi deo ✠ patri om
nipotenti: in vnitate spiritus ✠ san=
cti omnis honor et gloria. Per om=
nia secula seculorum. Oremus. Pre=
ceptis salutaribus moniti: et diuina
institutione formati audemus dice=
re. Pater noster qui es in celis. San
ctificetur nomen tuum. Adueniat
regnum tuum. Fiat voluntas tua:
sicut in celo et in terra. Panem no=
strum quotidianum da nobis ho=
die. Et dimitte nobis debita nostra:
sicut et nos dimittimus debitori=
bus nostris. Et ne nos inducas in
temptationem. Sed libera nos a ma
lo: Amen. Libera nos quesumus
domine ab omnibus malis: prete=
ritis: presentibus et futuris: et inter=
cedente pro nobis beata et gloriosa
semperqz virgine dei genitrice Ma=
ria: et beatis Apostolis tuis: Pe=
tro et Paulo: atqz Andrea: cum
omnibus sanctis tuis. Da propi=

cius pacem in diebus nostris: vt ope misericordie tue adiuti: et a peccato simus semper liberi: et ab omni perturbatione securi. Per eundem dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecū viuit et regnat in vnitate spiritussancti deus. Per omnia secula seculorum. Pax ✠ domini sit ✠ semper vo ✠ biscum. Ter dicitur. Agnus dei qui tollis peccata mūdi. Miserere nobis. Dona nobis pacem. Fiat hec commixtio corporis et sanguinis domini nostri iesu christi: mihi et omnibus sumentibus salus mentis et corporis: et ad vitam eternam capessendam preparatio salutaris: Amen.

Domine Jesu christe: qui dixisti apostolis tuis. Pacem meam do vobis: pacē relinquo vobis: ne respicias peccata mea: sed fidem ecclesie tue: eamqz secundum voluntatem tuam pacificare: custodire adunare et regere digneris. Qui cum deo patre et spiritusancto viuis et regnas deus: Per omnia secula seculorum: Amen. Habete vinculum pacis et charitatis: vt apti sitis sacrosanctis mysterijs christi. Pax ✠ tecum. Pax christi et ecclesie abundet in cordibus vestris per spiritumsanctum qui datus est vobis. Oñe iesu christe fili dei viui: qui ex volūtate patris cooperante spūsancto per mortē tuā mundum vivificasti: libera me queso per hoc sacrosanctū corpus ⁊ sangui-

nem tuum a cunctis malis et iniqui-
tatibus meis: et fac me tuis semper
obedire mandatis: et a te nunquã in
perpetuum permittas separari. Qui
vivis et regnas cum eodem deo pa-
tre in vnitate eiusdem spiritussancti
deus. Per omnia secula seculorum:
Amẽ. Quid retribuam domino pro
omnibus que retribuit mihi. Panẽ
celestem accipiam: et nomen domini
inuocabo. Laudans inuocabo do-
minum: et ab inimicis meis saluus
ero. O omine non sum dignus vt in-
tres sub tectum meum: sed tantũ dic
verbo: & sanabitur anima mea. Cor
pus domini nostri iesu christi profici-
at mihi in vitã eternã: Amen. Quid
retribuã domino: pro omnibus que

retribuit mihi. Calicem salutaris ac
cipiam: et nomen domini inuocabo.
Laudans inuocabo dominum: et
ab inimicis meis saluus ero. Item
signet se cum calice et sumat: dicens.
Sanguis domini nostri iesu christi
proficiat mihi in vitã eternã. Amen.
Inclinatus dicat. Corpus tuũ do-
mine quod ego miser accepi: et calix
quem ego indignus potaui: adhere-
at anime mee et corpori meo. Et pre-
sta: vt ibi non remaneat vlla peccati
macula: vbi tua deus tam pura & san
cta intrauerunt sacramenta. Qui vi-
uis et regnas cum deo patre in vnita
te spiritussancti deus. Per omnia se-
cula seculorum. Amen. Sumpta ab
lutione. Quod ore sumpsimus do-

mine pura mente capiamus: et de mu
nere temporali fiat nobis remedium
sempiternum. Per christū dominum
nostrum. Amen. Post benedictionē
seu finita missa inclinat⁹ dicat. Pla=
ceat tibi sancta trinitas obsequium
seruitutis mee: ⁊ presta: vt hoc sacrifi=
cium quod oculis tue maiestatis in=
dignus obtuli: tibi placēs et accepta=
bile: mihiq; et omnibus pro quibus
illud obtuli: sit te miserante propicia=
bile in vitam eternam. Amen.

¶ De sancta Trinitate Intr̄.

Benedicta sit scā trinitas atq; indiuisa vnitas: cōfitebimur ei q̄a fecit nobiscū misericordiaz suam. Ps̄. Benedicamus patrē ⁊ filiū cū scō spū: laudemus et superexaltemus eū in secula. Ola seculorū Amen. Oro.

Ps̄s sempiterne deus: q̄ dedisti famulis tuis in cōfessione vere fidei eterne trinitatis gloriā agnoscere: ⁊ in potētia maiestatis adorare vnitatem: qs̄: vt eiusdē fidei firmitate ab oīnibus semp muniamur aduersis. Per dn̄. Ad Ro Batres: O al manos. ej. titudo diuitiaz̄ sapiētie ⁊ scientie dei: q̄z incōprehensibilia sunt iudicia eius: ⁊ inuestigabiles vie eius. Quis eīm cognouit sensum dn̄i: aut q̄s cōsiliarius ei⁹ fuit? Aut q̄s prior dedit illi: et retribuet̄ ei. Quoniā ex ipso et p ipsum ⁊ in ipo sunt omnia: ipsi honor et gloria in secula seculorū Amen.

Benedictus es dn̄e qui in Grad. tueris abyssos: ⁊ sedes super cherubin. ℣. Benedictus es in throno regni tui: et laudabilis in secula. Alla. ℣. Benedictus es dn̄e deus patrū nostroz: ⁊ laudabilis i secula. Seq̄ē. Bñdicta semp scā.

In illo Scōm Johānē. iij. tpe: Erat hō ex phariseis nicodemus nomine: princeps iudeoz: hic venit ad iesum nocte: ⁊ dixit ei. Rabbi scimus q̄a a deo venisti magister. Nemo eīm potest hec signa facere que tu facis: nisi fuerit deus cū eo. Respōdit iesus ⁊ dixit ei. Amē amen dico tibi: nisi quis renatus fuerit denuo: nō potest videre regnū dei. Dixit ad eū nicodemus. Quō potest homo renasci cū sit senex? Nūquid potest in ventrē mr̄is sue itera to introire et renasci? Respondit iesus. Amen amen dico tibi: nisi quis renatus fuerit ex aqua et spū̄sancto: non potest introire in regnū dei. Quod natū est ex carne caro est: et q̄ natū est ex spiritu spiritus est. Nō mireris q̄a dixi tibi: oportet vos nasci denuo. Spiritus vbi vult spirat: et vocē eius audis: & nescis vnde veniat: aut quo vadat. Sic est omnis qui natus est ex spiritu. Respōdit nicodemus: et dixit ei. Quomodo possunt hec fieri? Respōdit iesus: et dixit ei. Tu es magister in israel et hec ignoras? Amē amē dico tibi: q̄a q̄ sci=

mus loq̃mur: ⁊ q̃ vidimus te
stamur: et testimoniũ nr̃m nõ
accipitis. Si terrena dixi vob
⁊ nõ creditis: quõ si dixero vo
bis celestia credetis? Et nemo
ascẽdit i celũ nisi q̃ descẽdit de
celo: filius hois q̃ est i celo. Et
sicut moyses exaltauit serpen-
tẽ in deserto: ita exaltari opor-
tet filiũ hois: vt oĩs q̃ credit in
ipso nõ pereat: sed habeat vitã
eternã. Offer. Benedict⁹ sit de-
us pater vnigenitusq; dei filius san
ctus quoq; spũs: quia fecit nobiscũ
misericordiã suã. Secre. Sãctifi
ca qsumus dñe d⁹ noster: p vnige
niti filij tui virtutẽ hui⁹ oblа-
tionis hostiã: ⁊ cooperãte spũ-
sancto p eã nosmetipos tibi p-
fice mun⁹ eternũ. ℣. eiusdẽ.
Benedicite deũ celi: ⁊ coram Cõio.
oñibus viuẽtibus confitebimur ei
q̃a fecit nobiscũ misericordiã suã.
Proficiat nobis ad sa Cõplẽ.
lutẽ corpis et anime dñe deus
hui⁹ sacramẽti q̃ceptio: ⁊ sem-
piterne sancte trinitatis eius-
demq; indiuidue vnitatis cõ-
fessio. ℣er. ¶ Be corpe chri-
sti Introit⁹.

Qbauit eos ex adipe frumenti alla: et de petra melle saturauit eos alleluia alleluia alleluia. ℣s.

Exultate deo adiutori nostro: iubi
Olate deo iacob. Oratio.
Eus q̃ nobis sub sacra-
mento mirabili passionis tue
memoriã reliq̃sti: tribue que-
sumus ita nos corporis et san-
guinis tui sacra mysteria ve-
nerari: vt redemptiõis tue fru
ctum in nobis iugiter sentia-
mus. Qui viuis ⁊. Ad Corin-
Fratres: thios. j. ca. xj.
Ego eñ accepi a domino
quod et tradidi vobis: quoni-
am dñs iesus in qua nocte tra
debat: accepit panẽ: ⁊ gratias
agens fregit et dixit. Accipite
et manducate. Hoc est corpus
meũ quod pro vobis tradet.
Hoc facite in meã cõmemora-
tionem. Similiter et calicem:
postq̃ cenauit dicẽs. Hic calix
nouũ testamẽtũ est i meo san-
guine. Hoc facite quotiẽscũq;
biberis in meã cõmemoratio-
nem. Quotiẽscunq; eñ man-
ducabitis panẽ hunc et calicẽ
bibetis: mortẽ dñi annuncia-
bitis donec veniat. Itaq; qui-
cũq; mãducauerit panẽ vel bi
berit calicẽ dñi indigne: re⁹ erit
corpis ⁊ sanguinis dñi. Pro
bet aũt seipm homo: ⁊ sic de pa
ne illo edat: et de calice bibat.
Qui eñ manducat et bibit in-
digne: iudiciũ sibi mãducat ⁊

bibit: nõ dijudicãs corp⁹ dñi.
Oculi omniũ in te sperãt Grad.
dñe: et tu das illis escã in tempore
opportuno. ℣. Aperis tu manũ
tuã: ⁊ imples oñe aníal bñdictione
Alla. ℣. Caro mea vere est cib⁹:
et sanguis meus vere est potus: qui
mãducat meã carnẽ ⁊ bibit meum
sanguinẽ: in me manet ⁊ ego in eo.
Sequẽ. Lauda sion. Sẽm Jo
Jllo tpe: Di hannẽ. vj.
xit Jesus discipulis suis
et turbis iudeorũ. Caro mea
vere est cibus: ⁊ sanguis meus
vere est potus. Qui manducat
meam carnẽ et bibit meũ san-
guinem: in me manet ⁊ ego in
eo. Sicut misit me viuens pa-
ter: et ego viuo ꝓter patrẽ. Et
qui manducat me: ⁊ ipse viuet
propter me. Hic est panis qui
de celo descẽdit. Nõ sicut mã-
ducauerunt patres vestri mã-
na in deserto: et mortui sunt.
Qui manducat hunc panẽ: vi
uet in eternum. Credo dicitur.
Sacerdotes incẽsum dñi Offer.
et panes offerũt deo: ⁊ ideo sti erũt
deo suo: ⁊ nõ polluẽt nomẽ ei⁹ alla.
Ecclesie tue qsumus dñe Secre.
vnitatis ⁊ pacis ꝓpti⁹ dona cõ-
cedẽ: q̃ sub oblatis muneribus
mystice designãtur. ℣er do.
Prefatio. Quia p incarnati.
Cõio. Quotiẽscũq; mãducabitis
panẽ hũc ⁊ calicẽ bibetis: mortẽ dñi
annũciabitis donec veniat: itaq; q̃-
cũq; mãducauerit panẽ vel biberit
calicẽ dñi indigne: reus erit corpis
⁊ sanguinis dñi alla alla. Cõplẽ.
Fac nos qsumus dñe diuinita-
tis tue sempiterna fruitiõe re-
pleri: quã p tioli corpis et san-
guinis tui tpal' ꝓceptio pfigu-
rat. Qui. ¶ Dñica prima post
trinitatis Intr̃.

Domine i tua misseri
cordia speraui: ⁊ ex
ultauit cor meũ i sa
lutari tuo: cantabo dño q̃ bona tri
buit mihi. ℣s. Usq; quo dñe ob-
liuiscẽris me i finẽ: usq; quo auertis
Deus i Oño. faciẽ tuã a me
te sperãtiũ fortitudo: ad-
esto ꝓpitius inuocatiõib⁹ nr̃is
et q̃a sine te nihil potest morta-
lis infirmitas: presta auxiliũ
gratie tue: vt in exequẽdis mã
datis tuis: et voluntate tibi et
actiõe placeam⁹. ℣er. Lectio
epl'e beati Johãnis apl'i. j. ca.
Karissimi: Be⁹ cha- iiij.
ritas est. In hoc appa-
ruit charitas dei i nobis. Qm
filiũ suũ vnigenitũ misit deus
in hũc mundũ: vt viuamus p
eum. In hoc est charitas: nõ
quasi nos dilexerim⁹ deũ: sed
qm ipse prior dilexit nos. Et
misit filiũ suũ ꝓpciationẽ pro

peccatis nostris. Charissimi: si deus dilexit nos: et nos debemus alterutrū diligere. Deum nemo vidit unq̄z. Si diligamus invicem: deus in nobis manet: et charitas eius in nobis perfecta est. In hoc cognoscimus quoniā in eo manemus: et ipse in nobis: quoniā de spiritu suo dedit nobis Et nos vidimus: et testificamur: quoniā pater misit filiū suū salvatorem mundi. Quisquis confessus fuerit quoniā iesus est filius dei: deus in eo manet: et ipse in deo: ⁊ nos cognouimus et credidimus charitati quā habet deus in nobis Deus charitas est: et q̄ manet in charitate: in deo manet ⁊ deus in eo. In hoc p̄fecta est charitas dei nobiscū: ut fiduciam habeamus in die iudicij: quia sicut ille est: et nos sum⁹ in hoc mundo. Timor non est in charitate: sed perfecta charitas foras mittit timorē: quoniaz timor penā habet. Qui autē timet: nō est p̄fectus in charitate. Nos ergo diligamus deū: quoniā de⁹ prior dilexit nos. Si quis dixerit quoniam diligo deū: et fratrē suum oderit: mendax est. Qui enī nō diligit fratrē suū quem videt: deū quē nō videt quō potest diligere: Et hoc mandatū habemus a deo: ut qui diligit deū: diligat et fratrē suū. Grad. Ego dixi domine miserere mei: sana animā meā quia peccani tibi. ℣. Beatus qui intelligit super egenum et pauperē: in die mala liberabit eū dñs. Alleluia. ℣. Domine deus meus ī te speraui: saluū me fac ex omnibus persequētib⁹ me ⁊ libera me.

In illo Scōm Lucā. xvj.

Itpe: Dixit iesus discipulis suis parabolā hāc. Homo quidam erat dives: qui induebat purpura et bysso: et epulabat quotidie splēdide. Et erat quidā mēdicus nomine lazarus: qui iacebat ad ianuā eius ulceribus plenus: cupiens saturari de micis que cadebant de mensa diuitis: et nemo illi dabat. Sed et canes veniebant: et lingebāt ulcera eius. Factū est aūt vt moreretur mēdicus: et portaretur ab angelis in sinū abrae. Mortuus est aūt dives: ⁊ sepult⁹ est ī inferno. Eleuans autē oculos suos cū esset in tormētis: vidit abraā a longe: ⁊ lazarū in sinu eius: et ipse clamās dixit. Pater abraam miserere mei: ⁊ mitte lazaz: vt intingat extremū digiti sui in aquaz: vt refrigeret linguam

meā: quia crucior ī hac flāma. Et dixit illi abraā. Fili recordare quia recepisti bona in vita tua: ⁊ lazarus similiter mala. Nunc autē hic consolat̄: tu vero cruciaris. Et in his omnibus inter nos et vos chaos magnū firmatuz est: vt hij qui volunt hinc trāsire ad vos nō possunt: neq̄z inde huc trāsmeare. Et ait. Rogo ergo te pater: vt mittas eū in domū patris mei. Habeo enī q̄nq̄z fratres: vt testet̄ illis: ne ⁊ ipsi veniant in locū hunc tormentorum. Et ait illi abraā. Habent moysen et pphetas: audiant illos. At ille dixit. Nō p̄ abraam: sed si q̄s ex mortuis ierit ad eos: penitentiā agent. Ait autē illi. Si moysen et pphetas non audiunt: neq̄z si quis ex mortuis resurrexerit credēt

Intende voci orationis Offer. mee rex meus et deus meus: quoniam ad te orabo domine. Secre. Oblationē nostrā quesumus dñe miseritor diter acceptare ⁊ sanctificare digneris: vt p ei⁹ sanctificationē nobis salus p ueniat: et defensio sempiterna Per. Cōio. Narrabo oīa mirabilia tua: letabor et exultabo in te: psallam nomini tuo altissime. Cōpleū. Tantis dñe repleti muneribus: quesumus vt salutaria dona capiam⁹: ⁊ a tua laude nunq̄z tessem⁹. Per dn.

Feria quarta. ad Colossenses

Fratres: Mortificate iij. membra vestra que sunt sup terrā: fornicationē: immūdiciā: libidinē: concupiscentiam malā: ⁊ auaritiā: que est simulacrorū seruitus: p̄pter que venit ira dei super filios incredulitatis: in quibus ⁊ vos ambulastis aliquando cū viueretis in illis. Nunc autem deponite et vos omnia: iram: indignationē: maliciam: blasphemiā: turpē sermonē de ore vr̄o Nolite mētiri inuicē: expliātes vos veterē hominē cū actibus suis: ⁊ induētes nouū: eū qui renouat̄ in agnitionē dei ſm imaginē eius q̄ creauit eū vbi nō est masculus ⁊ femina: gentilis neq̄z iudeus: circūcisio et p̄putiū: barbarus ⁊ scita: seruus ⁊ liber: sed oīa ⁊ in oīb⁹ christus. Qui est bñdictus in secula seculoz. Amen.

In illo Scōm Matheū. xj tēpore. Cepit iesus exprobrare ciuitatibus ī quibus facte sunt plurime virtutes eius quia non egissent penitentiā. Ve tibi corozaim: ve tibi bethsaida: quia si in tyro et sydone

facte essent ⁊ tutes q̄ facte sunt in vobis: olim i cilicio ⁊ cinere penitẽtiã egissent. Verũtamẽ dico vobis: tyro et sydoni remissius erit i die iudicij q̄z vobis. Et tu capharnaũ: nunq̄d vsq̄z in celũ exaltaberis? Vsq̄z in infernũ descendes. Quia si in sydonijs facte fuissent virtutes q̄ facte sunt in te: forte mãsissent vsq̄z in hũc diẽ. Verũtamen dico vobis: ꝺa terre sodomoꝝ remissius erit in die iudicij q̄z tibi. Feria sexta. ij. ad Fratres: Corinthios. iiij

Si opertũ est euangeliũ nostrũ in his q̄ pereũt: opertũ est in quib⁹ deus hui⁹ seculi excecauit mẽtes infideliũ: vt nõ fulgeat illuminatio euangelij glorie christi: q̄ est imago dei. Nõ enĩ nosmetipos p̃dicam⁹: sed iesum christũ dñm nostrũ. Nos aũt seruos vestros p̃r iesum: quoniã deus qui dixit de tenebris lucẽ splẽdescere: ipe illuxit in cordibus nostris ad illuminationẽ sciẽtie claritatis dei in faciẽ iesu christi. Scõm

In illo tẽpore: Matheũ. xij.

re. Abijt iesus p̃r sata sabbato: discipuli aũt eius esurientes ceperunt vellere spicas ⁊ manducare. Pharisei aũt videntes: dixerunt ei. Ecce discipuli tui faciunt quod nõ licet eis facere sabbatis. At ille dixit eis. Non legistis quid fecit dauid quãdo esurijt: et qui cũ eo erant: quõ intrauit i domũ dei: ⁊ panes ꝓpositionis comedit: quos non licebat ei edere: neq̄z his qui cũ eo erãt: nisi solis sacerdotibus? Aut nõ legistis i lege: quia sabbatis sacerdotes in templo sabbatũ violãt: et sine crimine sunt? Dico autẽ vobis: quia templo maior est hic. Si autẽ sciretis q̄d est: misericordiã volo et nõ sacrificiũ: nunq̄z condemnassetis innocentes. ¶ Bñica sda

Introitus.

Factus est dominus ꝓtector meus: et eduxit me in latitudinem: saluum me fecit quoniã voluit me. Ps̃. Diligam te dñe virtus mea: dñs firmamentũ meũ et refugium

Sancti nomi- Oro. meũ.

nis tui dñe timorẽ pariter ⁊ amorẽ fac nos habere p̃petuũ: quia nunq̄z tua gubernatiõe destituis: quos in soliditate tue dilectiõis instituis.

Per. j. Johannis. iij.

Charissimi. Nolite mirari si odit vos mũdus. Nos scimus quoniã translati sumus de morte ad vitam: quoniã diligimus fratres. Qui nõ diligit: manet i morte. Oñis qui odit fratrẽ suũ: homicida est. Et scitis quoniã omnis homicida non habet vitã eternã in se manentẽ. In hoc cognouimus charitatẽ dei: quoniã ille animã suã pro nobis posuit: ⁊ nos debemus ꝓ fratribus animas ponere. Qui habuerit substantiã mũdi huius: ⁊ viderit fratrẽ suum necessitatẽ habere et clauserit viscera sua ab eo: quõ charitas dei manet in eo. Filioli mei: non diligamus verbo neq̄z lingua: sed opere ⁊ veritate. Grad. Ad dominuꝫ cum tribularer clamaui: et exaudiuit me. ℣. Dñe libera animã meã a labijs iniquis et a lingua dolosa. Alla. ℣. Deus iudex iustus: fortis ⁊ patiẽs: nũquid irascet̃ per singulos dies. Scõm Lucã. xiiij.

In illo tẽpore: Dixit iesus discipulis suis parabolã hanc. Homo quidã fecit cenã magnã: ⁊ vocauit multos. Et misit seruũ suũ hora cene dicere inuitatis vt venirent: quia iam parata sunt oñia. Et ceperũt se simul oẽs excusare. Primus dixit ei. Villã emi: et necesse habeo exire et videre illã. Rogo te: habe me excusatũ. Et alter dixit. Juga bũ emi q̄nq̄z et eo probare illa. Rogo te habe me excusatũ. Et alius dixit. Uxorẽ duxi: ⁊ ideo nõ possum venire. Et reuersus seruꝰ nunciauit hec domino suo. Tunc iratus paterfamilias dixit seruo suo. Exi cito in plateas et vicos ciuitatis: et pauperes ac debiles: et ceros: et claudos introduc huc. Et ait seruus. Domine: factũ est vt imperasti: et adhuc locus est. Et ait dñs seruo. Exi in vias et sepes: ⁊ compelle intrare: vt impleaꝫ domꝰ mea. Dico autẽ vobis: q̄ nemo virorũ illorum qui vocati sunt gustabunt cenaꝫ meam.

Tomine cõuertere ⁊ eripe Offer.

animã meaꝫ: saluũ me fac propter misericordiã tuã. Secre. Oblatio nos dñe tuo nomini dicãda purificet: et de die in diem ad celestis vite trãsferat actionem. Per. Cõio. Cantabo domino qui bona tribuit mihi: ⁊ psallam nomini dñi altissimi. Cõpl. Sumptis sacris muneribus dñe qñs: vt cũ frequẽtatione mysterij: crescat nostre salutis effectꝰ. Per dñm. Feria quarta. Johannis apostoli. ij. ca. j.

Charissimi. Videte vosmetipos ne perdatis que operati estis: sed vt mercedẽ plenã accipiatis. Sciẽtes quoniã omnis qui recedit: et non per-

manet in doctrina christi: deū nō habet. Qui ꝑmanet in doctrina christi: hīc patrem et filium habet. Si quis venit ad vos: et hanc doctrinam nō affert: nolite recipere eum in domū: nec aue ei dixeritis. Qui enim dicit illi aue: communicat operibus eius malignis.

Jsčm Lucam. capi. xij.

In illo tempore. Ait ad ie sum quidam de turba. Magister dic fratri meo: vt diuidat mecum hereditatem. At ille dixit ei. Homo: quis me constituit iudicē aut diuisorē super vos? Dixitq; ad illos. Videte et cauete ab omni auaritia: quia nō i abundātia cuiusq; vita est ex his q̄ possidet. Dixit autem similitudinē ad illos. Hominis cuiusdā diuitis uberes fruct⁹ ager attulit: et cogitabat intra se dicens: Quid faciam q̄ nō habeo quo congregem fructus meos? Et dixit. Hoc faciam. Destruā horrea mea: et maiora faciam: et illuc congregabo oīa que nata sunt mihi: et bona mea: et dicā anime mee. Anima: habes multa bona posita in annos plurimos: requiesce: comede: bibe: epulare. Dixit autez illi de⁹. Stulte: hac nocte animā tuā repetunt a te. Que autem parasti: cui⁹ erunt? Sic est qui sibi thesaurizat: et non est in deum dives.

Feria sexta. Johannis apostoli. j. ca. ij.

Charissimi: Nouissima hora est. Et sicut audistis: qa antichristus venit: nunc antichristi multi facti sunt. Unde scimus quia nouissima hora est. Ex nobis prodierunt: sed non erant ex nobis. Nā si fuissent ex nobis: permansissent utiq; nobiscum. Sed vt manifesti sint: quoniā nō sunt omnes ex nob̄. Sed vos vnctionem habetis a spiritusancto: et nostis omnia. Nō scripsi vobis quasi ignorantibus veritatem: sed quasi scientibus eā et quoniā omne mendacium ex veritate non est. Quis est mēdax: nisi is qui negat quoniā ihesus est christus? Hic est antichristus: qui negat patrē et filiū. Omnis qui negat filiū nec patrē habet: qui cōfitetur filium: et patrem habet.

Sčm Lucā. xij.

In illo tpe: Dixit ihesus discipulis suis. Nolite solliciti esse anie vestre q̄d māducetis: neq; corpori q̄d induamini. Anima plus est q̄z esca: et corpus plus q̄z vestimētum. Cōsyderate coruos: quoniam nō semināt neq; metūt quibus nō est cellarium neq; horreū: et dē⁹ pascit illos. Quāto magis vos pluris estis illis Quis autem vestrum cogitando potest adijcere ad staturam suam cubitū vnum? Si ergo neq; quod minimū est potestis quid de ceteris solliciti estis? Cōsyderate lilia agri quomodo crescunt? Nō laborāt neq; nent. Dico autem vobis: nec salomon in omni gloria sua vestiebatur sicut vnū ex istis. Si autem fenum quod hodie est in agro: et cras in clybanū mittitur deus sic vestit: quanto magis vos pusille fidei? Et vos nolite querere quid manducetis: aut q̄d bibatis: et nolite in sublime tolli. Hec enim omnia gentes mundi querūt. Pater autem vester scit quoniam his indigetis. Verumtamen querite primū regnū dei et iusticiam eius: et hec omnia adijcientur vobis.

Oꝛationē nostram quesumus dñe benignus exaudi: et quibus supplicādi prestas affectū: tribue defensionis auxiliū. ℣. Lcta epistole beati Petri apostoli.

Charissimi: Humiliamini sub potenti manu dei: vt vos exaltet in tēpore visitationis. Omnē sollicitudinē vestram proijcientes in eum: quoniā ipsi est cura de vobis. Sobrij estote et vigilate: quia aduersari⁹ vester diabolus tanq̄z leo rugiēs circuit querens quē deuoret. Cui resistite fortes in fide: sciētes eandem passionē ei que in mundo est vestre fraternitati fieri. Deus autē omnis gratie qui vocauit nos in eternam suā gloriā in christo ihesu modicū passos: ipse perficiet: confirmabit solidabitq;. Ipsi gloria et imperiū in secula seculoꝝ Amen.

Cōmunicata tertia Introitus.

Respice in me et miserere mei domine: quoniam vnicus et pauper sum ego: vide humilitatē meam et laborem meum: et dimitte oīa peccata mea deus meus. ℣. Ad te dñe leuaui animā meam: deus meus in te confido nō erubescā. Alla. ℣. Diligam te dñe virtus mea: dñs firmamētū meū et refugiū meum.

Sčm Lucā. xv.

In illo tpe: Erant appropinquantes ad ihesum publicani et peccatores: vt audirēt

illū. Et murmurabant pharisei et scribe dicētes: quia hic pctores recipit: ꝫ manducat cū illis. Et ait ad illos parabolā istā dicens. Quis ex vobis homo qui habet centū oues: et si perdiderit vnam ex illis: nonne dimittit nonagintanouem in deserto: et vadit ad illā que perierat donec inueniat eā? Et cū inuenerit eā: imponit in humeros suos gaudens: et veniens domū: conuocat amicos ꝫ vicinos dicens illis. Congratulamini mihi: qꝫ inueni ouē meā que perierat. Dico vobis q̄ ita gaudiū erit in celo super vno pctatore pnitentiā agente: q̄z supra nonagintanouez iustis qui nō indigēt pnitētia Aut que mulier habens dragmas decē: si pdiderit dragmā vnā: nonne accendit lucernā: et euertit domū: et querit diligenter donec inueniat? Et cū inuenerit: conuocat amicas et vicinas dicens. Congratulamini mihi: quia inueni dragmā quam perdiderā. Ita dico vobis: gaudiū erit corā angelis dei super vno pctatore penitentiā agēte. Offer. Sperēt in te omnes qui nouerunt nomen tuū dñe: quoniā nō derelinq̄s querentes te: psallite dño qui habitat in sion: qm̄ nō est oblitus clamorē pauperū. Secre. Munera dñe oblata sanctifica: vt tui nobis vnigeniti corp⁹ ꝫ sanguis fiat Qui tecū. Cōio. Ego clamaui qm̄ exaudisti me deus: inclina aurē tuā ꝫ exaudi verba mea. Cōpleū. Sacris muneribus qm̄s dñe pceptis: vt nos eoz virtute: et a vitijs oīb⁹ expies: et donis gratie tue iugiter repleas. Pdo. Feria q̄rta. Ad Colossen. Fratres: Oīne qd̄ cūq̄z facitis: in verbo aut in opere: oīa in nomine dñi nostri iesu christi: gratias agētes deo et patri p ipm. Mulieres subdite estote viris: sicut oportet in domino. Viri diligite vxores vras: ꝫ nolite amari esse ad illas. Filij obedite parentibus p oīa: hoc eīm placitum est in dño. Patres nolite ad iracundiā prouocare filios vestros: vt nō pusillo animo fiāt. Serui obedite p oīa dominis carnalib⁹: nō ad oculum seruientes: quasi hominibus placentes: sed in simplicitate cordis timentes dominū Quodcūq̄z facitis: ex animo operamini: sicut dño: ꝫ nō hominibus: sciētes q̄ a dño accipietis retributionez hereditatis: Per iesum christum dñm nostrū. Scōm Lucam. ca. ix. In illo tpe. Accesserūt ad iesum discipuli ꝫ dixerūt. Dimitte turbas: vt euntes in castella villasq̄z que circa sunt diuertant: et inueniāt escas: quia hic in loco deserto sum⁹. Ait autem ad illos. Vos date illis manducare. At illi dixerunt. Nō sunt nobis plus q̄z q̄nq̄z panes et duo pisces: nisi forte nos eamus: et emamus in omnē hanc turbam escas. Erant autem fere viri quinq̄z milia. Ait autē ad discipulos suos. Facite illos discumbere per cuuia quinquagenos. Et ita fecerunt. Et discubuerunt omnes. Acceptis autem iesus quinq̄z panibus et duobus piscibus: respexit in celū ꝫ benedixit illis: ꝫ fregit ꝫ distribuit discipulis suis: vt ponerent ante turbas. Et māducauerūt oēs: ꝫ saturati sunt. Feria sexta. Johannis apostoli. j. ca. iij. Charissimi: Dis q̄ natus est ex deo pctatū nō facit: quoniā semē ipsius in eo manet: ꝫ nō potest pctare: quoniam ex deo natus est. In hoc manifesti sunt filij dei et filij diaboli. Oīnis qui nō est iustus nō est ex deo: et qui nō diligit fratrē suum. Quoniā hec est annunciatio quā audistis ab initio: vt diligatis alterutrum. Nō sicut cayn q̄ ex maligno erat: et occidit fratrem suū. Et propter quid occidit eum? Quoniam opera eius maligna erāt: fratris autē eius iusta. Scōm Lucam. viij. In illo tempore. Venit ad iesum vir cui nomen iayrus: ꝫ princeps synagoge erat: et cecidit ad pedes iesu: rogās eum vt intraret in domū ei⁹: quia vnica filia erat ei fere annorū duodecim: et hec moriebat. Et contigit dum iret: a turbis cōprimebat. Et mulier quedā erat in fluxu sanguinis ab annis duodecim: que i medicos erogauerat omnē substantiā suā nec ab vllo potuit curari. Accessit retro: ꝫ tetigit fimbriā vestimēti ei⁹: ꝫ cōfestim stetit fluxus sanguinis ei⁹. Et ait iesus Quis est q̄ me tetigit? Negātibus aūt oīnibus dixit petrus ꝫ q̄ cū illo erāt. Preceptor: turbe te cōprimūt ꝫ affligūt: et dicis: quis me tetigit? Et dixit iesus. Tetigit me aliquis. Nā ꝫ ego noui virtutē de me exisse. Videsaūt mulier q̄a nō latuit tremēs venit: ꝫ pridit ante pedes ei⁹: ꝫ ob quā causam tetigerit eū: indicauit corā oīni po-

pulo: et quemadmodū confestim sanata sit. At ipse dixit ei Filia: fides tua saluā te fecit. Vade i pace. Adhuc illo loquēte: venit quidā ad principē synagoge dicēs ei: quia mortua est filia tua: noli vexare illum Jesus autem audito hoc verbo: respondit patri puelle. Noli timere. Crede tm̄: et saluabit Et cum venisset domū: nō permisit intrare secū quēqz: nisi petrum et iacobum et iohannē et patrem et matrē puelle. Flebant autē oēs et plangebāt illā. At ille dixit. Nolite flere. Nō est mortua puella: sed dormit. Et deridebant eū: scientes quia mortua esset. Ipe autē tenēs manū eius: clamauit dicēs. Puella surge. Et reuersus est spiritus eius: et resurrexit cōtinuo. Et iussit illi dare manducare. Et obstupuerunt parētes eius: quibus precepit ne alicui dicerent quod factū fuerat. ℂ Bñica ārta Intro.

Omin⁹ illuminatio mea et sal⁹ mea quē timebo: dñs defensor vite mee: a quo trepidabo: qui tribulāt me inimici mei infirmati sunt et ceciderūt. Ps̄. Si cōsistāt adversuz me castra: nō timebit cor meum. Oro.

Protector in te sperantiū deus: sine quo nihil est validū nihil sanctū: multiplica super nos misericordiā tuā: vt te rectore: te duce sic tranleamus p bona tēporalia: vt non amittamus eterna. Per dm̄. Lectio epistole beati Pauli apli Ad Romanos. viij. capi.

Fratres. Existimo eī q̄ non sunt condigne passiones huius tēporis ad futurā gloriā que revelabitur in nobis. Nā expectatio creature revelationē filiorū dei expectat. Vanitati eī creatura subiecta est non volens: sed propter eum qui subiecit eā in spe: qa et ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptiōis in libertatē glorie filiorum dei. Scimus eī q̄ omnis creatura ingemiscit et parturit vsqz adhuc. Nō solum autē illa: sed et nosipsi primitias spiritus habētes: et ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorū dei: expectantes redemptionē corpis nostri. In christo iesu dño nr̄o. Grad.

Propicī⁹ esto peccatis nostris: ne quando dicant gentes vbi est deus eorū. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: et ꝓpter honorē nominis tui dñe libera nos. Alla. ℣. Dñe in virtute tua letabitur rex: et super salutare tuū exultabit vehemēter.

In illo tē Scōm Lucā. vj.

Impore: Dixit iesus discipulis suis. Estote misericordes: sicut et pater vester misericors est. Nolite iudicare: et non iudicabimini. Nolite condēnare: et nō condēnabimini. Dimittite et dimittemini. Date: et dabitur vobis. Mensurā bonā: et confertā: et coagitatā: et superefluentē dabunt in sinū vestrū. Eadē quippe mensura qua mensi fueritis remetietur vobis. Dicebat autē illis et similitudinē. Nūquid potest cecus cecū ducere: Nonne ambo in foueā cadunt: Nō est discipulus sup magistrū: pfectus aūt omnis erit si sit sicut magister eius. Quid autē vides festucā in oculo fratris tui: trabē aūt que in oculo tuo est nō cōsyderas: Aut quō potes dicere fratri tuo: frater: sine: eijciā festucaz de oculo tuo: ipse in oculo tuo trabē non vides: Hypocrita: eijce primū trabē de oculo tuo: et tunc pspicies vt educas festucam de oculo fratris tui. Illumina oculos meos ne Offer. quādo obdormiā in morte: nequādo dicat inimic⁹ meus prevalui adversus eum. Secre. Respice dñe munera supplicātis ecclesie: et saluti credentiū perpetua sanctificatiōe sumēda cōcede. Ꝑ. Dñs firmamentū meū et Cōio. refugiū meū et liberator me⁹: deus meus adiutor meus. Compleū. Sancta tua nos dñe sumpta vivificēt: et misericordie sempiterne preparēt expiatos. Per Feria quarta. Ad Ephesios. j.

Fratres: Non cesso grās agēs ꝓ vobis: et memoriā vestri faciēs in oratiōibus meis. Vt deus dñi nostri iesu christi pater glorie det vobis spiritū sapiētie et revelationis in agnitionē ei⁹ illuminatos oculos cordis vestri: vt sciatis que sit spes vocationis vestre. Que divitie glie hereditatis eius in sanctis. Et q̄ sit supemines magnitudo virtutis ei⁹ in nos q̄ credimus ꝑm operationē potētie virtutis ei⁹ quā operatus est in christo: resuscitās eū a mortuis: et ꝑstituēs ad dexteram suā in celestibus sup oēm principatū et potestatē et virtutē et dominationē: et omne nomē quod nominat in seculo seculorū Amen. Scōm Lu

In illo tēpore: cam. viij.

Accesserunt quidā pharisеorū ad iesum dicentes. Exi et vade hinc: quia herodes vult te occidere. Et ait illis. Ite et dicite vulpi illi. Ecce eijcio demo

nia: ⁊ sanitates ꝓficio hodie ⁊ cras: ⁊ tertia die cõsumor. Verumtamen oportet me hodie et cras et sequenti die ambulare Quia non capit ꝓphetã perire extra hierusalẽ. **Feria sexta.**

Ad Romanos. xiiij.

Fratres: Carnis curã ne feceritis in desyderijs. Infirmũ autẽ in fide assumite: non in dissceptatiõib⁹ cogitationũ Alius eñ credit manducare se oñia. Qui autẽ infirmus est: holus mãducet. Is q̃ manducat: nõ manducãtẽ nõ spernat et q̃ nõ mãducat: mãducantẽ nõ iudicet. Deꝰ eñ illũ assumpsit. Tu quis es qui alienũ iudicas seruũ? Bño suo stat aut cadit. Stabit autẽ. Potẽs est eñ deus statuere illũ. Nã alius iudicat diẽ inter diẽ: alius autẽ iudicat omnẽ diẽ. Unusquisq; in suo sensu abundet. Qui sapit diẽ: dño sapit: ⁊ qui mãducat: dño mãducat. Gratias enim agit deo. Et qui nõ manducat: domino nõ mãducat: ⁊ gratias agit deo. **Sequẽtia** In illo tẽpo **Matheũ. xiij.** Dixit ihesus discipulis suis parabolã hãc. Simile est regnũ celorũ homini qui seminauit bonũ semen in agro suo Cum autẽ dormirẽt homines: venit inimicus eius: ⁊ superseminauit zyzania in medio tritici: et abijt. Cũ autẽ creuisset herba ⁊ fructũ fecisset: tunc apparuerũt ⁊ zyzania. Accedẽtes aũt serui patrisfamilias: dixerũt ei. Bñe: nõne bonũ semen seminasti in agro tuo? Unde ergo habet zyzania? Et ait illis. Inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerunt ei. Vis imus ⁊ colligimus ea? Et ait. Nõ: ne forte colligentes zyzania: eradicetis simul et triticũ Sinite vtraq; crescere vsq; ad messem: et i tẽpore messis dicã messoribus. Colligite ꝑmũ zyzania: ⁊ alligate ea i fasciculos ad comburendũ. Triticũ autem cõgregate in horreũ meũ.

Bñica quinta Introitus.

Exaudi dñe vocẽ meã qua clamaui ad te: adiutor meus es tu ne derelinquas me neq; despicias me deꝰ salutaris meus. **Ps.** Dñs illuminatio mea: et salus mea quem timebo. **Oro.**

Da nobis quesumus domine: vt ⁊ mũdi cursus pacifice nobis tuo ordine dirigat̃: ⁊ ecclesia tua tranq̃lla deuotiõe lete. **Per. Petri apli**

Karissimi: Obẽs **j. ca. iij.** Unanimes i oõne estote cõpatientes: fraternitatis amatores: misericordes: modesti: humiles: nõ reddentes malũ pro malo: nec maledictũ pro maledicto: sed etiãtrario benedicentes: quia in hoc vocati estis: vt benedictionẽ hereditate possideatis. Qui eñ vult vitã diligere: et dies videre bonos: coerceat linguã suã a malo: et labia eius ne loquantur dolũ. Declinet autẽ a malo et faciat bonũ: inquirat pacẽ et sequatur eã. Quia oculi domini super iustos: et aures eius in preces eoꝝ. Vultus autem dñi super facientes mala. Et quis est qui vobis noceat: si boni emulatores fueritis? Sed ⁊ si quid patimini propter iustitiam beati. Timorẽ autem eorum ne timueritis: vt nõ conturbemini. Dominũ autẽ christum sanctificate in cordibus vrĩs. **Grad.** Protector noster aspice deus: et respice super seruos tuos. **℣.** Domine deus virtutum exaudi preces seruoꝝ tuoꝝ. **Alla. ℣.** In te domine speraui non confundar i eternũ: i iustitia tua libera me et eripe me: inclina ad me aurẽ tuã: accelera vt eruas me. **Sequẽtia**

In illo tempore: **Lucã. v.** Cũ turbe irruerent in iesum vt audirẽt verbũ dei: ⁊ ipe stabat secus stagnum genezareth. Et vidit duas naues stãtes secus stagnũ. Piscatores autẽ descenderant et lauabãt retia. Ascendens autẽ in vnã nauim que erat simonis: rogauit eũ a terra reducere pusillũ Et sedens docebat de nauicula turbas. Vt cessauit autẽ loqui: dixit ad simonẽ. Duc in altuz: et laxate retia vestra in capturã. Et respondẽs simon petrus dixit illi. Preceptor: p totam noctẽ laborantes nihil cepimus: in verbo autẽ tuo laxabo rete. Et cũ hoc fecissent: concluserunt piscium multitudinẽ copiosam. Rumpebatur autẽ rete eorũ. Et annuerunt sociis qui erãt in alia naui: vt venirent ⁊ adiuuarent eos. Et venerũt ⁊ impleuerũt ambas nauiculas: vt pene mergerent̃ Quod cũ videret simon petr⁹: procidit ad genua ihesu dicẽs. Exi a me domine: quia homo peccator sum. Stupor enim circũdederat eũ: et omnes qui cũ illo erant in captura piscium quã ceperãt. Similiter aũt ⁊ iacobũ ⁊ iohannẽ filios zebedei qui erant socij simonis. Et ait ad simonẽ ihesus. Noli timere ex hoc iã homines eris capiẽs Et subductis ad terrã nauib⁹: relictis omnib⁹ secuti sunt eũ.

Benedicã dñm qui tribuit Offer. mihi intellectũ: puideba deũ in cõspectu meo semper: qñ a dextris est mihi ne cõmouear. Secre. Alẽ dant ad te qñs dñe preces hu militatis nostre in cõspectu cle mentie tue: et descendat super hec oblata virtus tue diuinita tis: quaz nostris quoqz puri ficandis mentibus largiaris. Per. Cõio. Unam petij a dño hanc requirã: vt inhabitẽ in domo dñi oñibus diebꝰ vite mee. Cõpl. Mysteria nos dñe qñs sumpta purificẽt ꝛ tuo munere tue anĩe. ℙ. Feria ẽrta. Ad tim̃o Charissime: thes̃.j.ca.iiij. Obsecro ꝓmũ oĩm fieri obsecratiões: oões: postulatiões: gratiarũactiões ꝓ oñibus hoĩbus: ꝓ regibus ꝛ oñibus qui i sublimitate sunt: vt quietã ꝛ trãquillã vitã agam9 in oñi pietate ꝛ castitate. Hoc eñ bonũ est et acceptũ corã salvatore nostro deo: q̃ oẽs hoies vult saluos fieri: ꝛ ad agnitionẽ veritatis venire. Un9 eñ deus: un9 mediator dei et hoim homo christus iesus: q̃ dedit redemptionẽ semetipm ꝓ omnibus. Cuius testimoniũ tẽpribus suis cõfirmatũ: in quo positus sum ego ꝑdicator ꝛ apls Veritatẽ dico: nõ mentior: doctor gentiũ in fide et veritate. In christo iesu domino nr̃o. Jn illo tẽ- Sc̃ũm Lucã.x. pore: Exultauit iesus i spiritusancto et dixit. Confitebor tibi dñe pater celi ꝛ terre: quia abscondisti hec a sapientibus et prudentibus: et reuelasti ea paruulis. Etiã pater: quoniã sic placitũ fuit ante te. Oñia mihi tradita sunt a patre meo Et nemo scit quis sit filiꝰ nisi pater: et quis sit pater nisi filius: et cui voluerit filius reuelare. Uenite ad me oñes qui labratis ꝛ onerati estis: ꝛ ego reficiã vos. Tollite iugũ meum super vos: et discite a me: quia mitis suz: et humilis corde: ꝛ inuenietis requiẽ animabus vestris. Jugũ eñ meum suaue est: et onus meum leue. Et cõuersus ad discipulos suos dixit. Beati oculi qui vident q̃ vos videtis. Dico autem vobis: q̃ multi reges et pphete voluerunt videre q̃ vos videtis: et nõ viderunt: et audire que auditis: et nõ audierunt. Feria sexta. Petri apCharissimi: stoli.ij.ca.iij Nam auditis quoniaz unus dies apud dominũ sicut mille anni: ꝛ mille anni sicut dies un9. Nõ tardat dominus promissionẽ suã sicut quidam estimãt: sed patiẽter agit propter vos: nolens aliquos perire: sed omnes ad penitentiam reuerti. Aduenier autẽ dies dñi vt fur: in quo celi magno impetu transient: elementa vero calore soluentur. Terra autẽ et que in ipsa sunt omnia opera exurẽtur. Cum her igitur omnia dissoluenda sint: quales oportet vos esse in sanctis conuersationibus ꝛ pietatibus: expectantes et properantes in aduentum diei domini: per quẽ celi ardentes soluentur: et elementa ignis ardore tabescẽt. Nouos vero celos et nouam terrã et promissa ipsius expectamus. Jn christo iesu dño nostro. Sc̃ũm Jn illo tẽp- Martũ.ca.x. pre. Offerebant iesu paruulos vt tangeret illos. Discipuli aũt cõminabãtur offerentibus. Quos cuz videret iesus: indigne tulit. Et ait illis. Sinite paruulos venire ad me: ꝛ ne phibueritis eos. Taliũ eñ est regnũ dei. Amẽ dico vobis quisqs nõ receꝑit regnũ dei velut paruulus: nõ intrabit in illud. Et complexãs eos ꝛ impones man9 sup illos bñdicebat eos. ¶ Bñica sexta Introitus

Domin9 fortitudo pleb̃ sue et ꝓtector salutariũ christi sui est: saluũ fac pp̃lm tuũ dñe: ꝛ benedic hereditati tue: ꝛ rege eos vsqz in seculũ. ℙs. Ad te dñe clamabo de9 me9: ne sileas a me ne quando taceas a me. Oro. Deus q̃ diligẽtibus te bona inuisibilia ꝓparasti: infunde cordib9 nostris tui amoris affectũ: vt te in oñibus et sup oia diligẽtes: promissiones tuas que oñe desyderiũ superãt cõsequamur. ℙer. Ad Roma Fratres. Qui nos.ca.vj. cũqz baptizati sumus in christo iesu: in morte ipsi9 baptizati sumus. Consepulti eñ sumus cũ illo per baptismũ in mortẽ: vt quomõ christus surrexit a mortuis per gloriã patris: ita et nos in nouitate viteambulemus. Si eñ complãtati facti sumus similitudini mortis eius: simul et resurrectionis erimus. Hoc scientes: quia vet9 homo noster simul crucifixus est: vt destruaf corpus peccati: vt vltra nõ seruiamus peccato. Qui eñ mortuus est iustificatus est a peccato. Si aũt mortui sum9 cũ christo credim9 q̃a simul etiã viuem9 cũ illo: sciẽtes q̃ christus resurgẽs ex mortuis: iã nõ morif:

mors illi vltra nō dominabit. Quod eñ mortu⁹ est peccato: mortuus est semel: q aūt viuit viuit deo. Ita ꝛ vos existimate vos mortuos qdē esse peccato: viuētes aūt deo. In christo iesu dño nostro. **Grad.** Conuertere dñe aliquātulū: et deprecare sup seruos tuos. ℣. Dñe refugiū fact⁹es nobis a generatiōe ꝛ pgenie **Alla.** ℣. Dēs gētes plaudite manibus: iubilate deo in voce exultationis. **Scōm Matheum. v.**

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Amen dico vobis: nisi abundauerit iustitia vestra plus q̄z scribaꝝ ꝛ phariseorū: nō intrabitis in regnū celoꝝ. Audistis quia dictum est antiq̄s: nō occides: q̄ aūt occiderit: reus erit iudicio Ego aūt dico vobis: q̄a oñis qui irascit fratri suo: reus erit iudicio. Qui autē dixerit fratri suo racha: reus erit cōcilio. Qui autē dixerit fatue: re⁹ erit gehenne ignis. Si ergo offers mun⁹ tuū ad altare: ꝛ ibi recordatus fueris q̄a frater tu⁹ habet aliquid aduersum te: relinque ibi mun⁹ tuū ante altare: ꝛ vade prius reconciliari fratri tuo: ꝛ tunc veniēs offeres munus tuū. **Offer.** Perfice gressus meos in semitis tuis: vt nō moueantur vestigia mea: inclina aurem tuam ꝛ exaudi verba mea: mirifica misericordias tuas: q̄ saluos facis sperātes in te. **Secre.** Propiciare dñe supplicatiōib⁹ nostris: et has oblationes famuloꝝ famularūq̄z tuarum benignus assume: vt quod singuli obtulerūt ad honorē nominis tui: cūctis pficiat ad salutē. Per. **Circuibo** ꝛ imolabo in ta **Cōio.** bernaculo eius hostiā iubilationis: cantabo ꝛ psalmū dicam domino. Quos celesti dñe dono **Cōpl.** satiasti: presta quesumus: vt a nr̄is mūdemur occultis: et ab hostiū liberemur insidijs. P.

Feria q̄rta. Ad Hebreos. xij.

Fratres. Habemus gratiam p̄r quam seruiamus placētes deo cū metu et reuerētia. Etenim deus noster ignis cōsumēs est. Charitas fraternitatis maneat in vobis: ꝛ hospitalitatē nolite obliuisci. P hāc eñ placuerūt quidā angelis hospitio receptis. Memento vinctoꝝ tanq̄z simul vincti: ꝛ laborantiū: tanq̄z ꝛ ipi in corpe cōmorātes. Honorabile cōnubiū in oñib⁹: ꝛ thorus immaculatus. Fornicatores eñ ꝛ adulteros iudicabit deus Sint mores sine auaricia: contenti p̄sentibus. Ipse eñ dixit

Non te deseram neq̄z derelinquam: ita vt cōfidēter dicam⁹ Dñs mihi adiutor: nō timebo quid faciat mihi hō. Mementote prepositorū vestrorū: qui vobis locuti sunt verbuꝝ dei: quorū intuentes exitū cōuersationis: imitamini fidē. Jesus christus heri et hodie: ipse est in secula seculoruꝝ Amen.

In illo **Scōm Marcū. x.** tempore. Cū egressus esset iesus in via: procurrens quidam genuflexo ante eū: rogabat eū dicens. Magister bone quid faciam vt vitaꝝ eternam percipiā? Jesus autē dixit ei. Quid me dicis bonū? Nemo bonus nisi solus deus. Precepta nosti? Ille dixit. Que? Ne adulteres. Ne occides. Ne furaberis. Ne falsuꝝ testimoniū dices. Ne fraudē feceris. Honora patrē tuū ꝛ matrē tuam. At ille respōdēs ait illi. Magister: hec oīa seruaui a iuuētute mea. Jesus aūt intuitus eū: dilexit eū: ꝛ dixit ei. Unū tibi deest. Vade: ꝛ quecūq̄z habes vēde ꝛ da pauperibus: et habebis thesaurum in celo: et veni sequere me.

Feria lexta. Ad Ro

Fratres: manos. xiiij. Nemo nostrum sibi viuit: et nemo sibi moritur. Sive enim viuimus: domino viuimus. Sive morimur: domino morimur. Sive ergo viuimus sive morimur: dñi sum⁹. In hoc eñ christus mortuus est ꝛ resurrexit: vt et viuorū et mortuorū dominet. Tu aūt quid iudicas fratrē tuuꝝ? Aut tu quare spernis fratrē tuum? Omnes eñ stabimus ante tribunal dei. Scriptum est eñ. Viuo ego dicit dñs: quoniaꝝ mihi omne genu flectet: ꝛ omnis lingua confitebit deo. In christo iesu domino nostro.

In illo **Scōm Marcū. v.** tēpore. Venit iesus in regionem gerasenoꝝ. Et exeunte eo de naui: occurrit illi homo de monumētis in spiritu immūdo: qui domicilium habebat in monumentis. Et neq̄z cathenis iā quisq̄z eū poterat ligare. Quoniā sepe cōpedib⁹ et cathenis vinctus: dirupisset cathenas: ꝛ compedes comminuisset: et nemo poterat eū domare. Et semper die ac nocte in monumentis et in montibus erat clamās: et concidēs se lapidibus. Videns autē iesum a longe: cucurrit ꝛ adorauit eū et clamans voce magna dixit Quid mihi ꝛ tibi iesu fili dei altissimi? Adiuro te p̄ deū ne me

torqueas. Bitebat enim illi ie
sus. Exi spiritus immūde ab
homine isto. Et interrogabat
eum. Quod tibi nomē est: Et
dicit ei. Legio mihi nomē est:
quia multi sumus. Et depre-
cabatur eū multū: ne se expelle
ret extra regionē. Erat autem
ibi circa montē greꝫ porcoruꝫ
magnus pascens in agris. Et
deprecabantur eū spiritus di-
centes. Mitte nos in porcos:
vt in eos introeamus. Et con
cessit eis statim ihesus. Et exeū-
tes spiritus immundi introie
runt in porcos: ⁊ magno impe
tu greꝫ precipitatus est i mari
ad duo milia: ⁊ suffocati sunt
in mari. Qui aūt pascebāt eos
fugierūt: ⁊ nūciauerūt in ciui-
tatē ⁊ in agros. Et egressi sunt
videre quid esset facti: et vene-
runt ad ihesum: ⁊ vident illum
qui a demonio vexabaꝫ seden
tem vestitū et sane mentis: ⁊ ti
muerunt. Et narrauerūt illis
que viderant: qualiter factum
esset ei qui demoniū habuerat
et de porcis. Et rogare cepерūt
eū: vt discederet de finib⁹ eoꝝ.
Cūqꝫ ascenderet nauim: cepit
illū deprecari qui a demonio
vexat⁹ fuerat vt esset cū illo: et
nō admisit eū: sed ait illi. Va-
de in domū tuā ad tuos: ⁊ an-
nūcia illis quāta tibi dūs fece
rit: ⁊ miserтus sit tui. Et abiit ⁊
cepit p̄dicare in decapoli: quā-
ta sibi fecisset ihesus: et omnes
mirabanꝫ. ℂ Bñica septima

OMnes gētes plau- Intr.
dite manib⁹: iubilate deo
in voce exultatiōis. Ps.
Subiecit populos nobis: ⁊ gentes

OEus Oro. sub pdib⁹ nr̄is
virtutū cui⁹ est totū qđ
est optimū: insere pectorib⁹ no
stris amorē tui nois: ⁊ p̄sta in
nobis religionis augmentū:
vt q̄ bona sunt nutrias: ac pie-
tatis studio q̄ sunt nutrita cu-
stodias. Per. Ad Romanos

FRatres: Humanū ca. vj
dico propter infirmitatē
carnis vestre. Sic enī exhibui-
stis mēbra vra seruire immun
dicie et iniquitati ad iniquita
tē: ita nūc exhibete mēbra ve-
stra seruire iustitie ī sanctifica-
tionē. Cū enī serui essetis pcti
ti: liberi fuistis iustitie. Quē er
go fructū habuistis tūc in illis
in quib⁹ nūc erubescitis: Nā fi
nis illorū mors est. Nūc vero
liberati a pctō: serui autē facti
deo: habetis fructū vr̄m in san
ctificationē: finē vero vitā eter
nā. Stipēdia enī pcti mors
gratia aūt dei vita eterna. In
christo ihesu dño nr̄o. Grad.

VEnite filij audite me: timorē do-
mini docebo vos. ℣. Accedite ad
eum et illuminamini: et facies ve-
stre non confundentur. Alla. ℣.
Eripe me de inimicis meis deus me
us: ⁊ ab insurgētib⁹ mi me libera me.

IN illo Scī Martī. viij
tempore. Cū turba mul-
ta esset cum ihesu: nec haberent
quod manducarent: conuoca
tis discipul' ihesus ait illis. Mi
sereor super turbam: quia ecce
iā triduo sustinent me: nec ha-
bent quod manducēt. Et si di-
misero eos ieiunos in domuꝫ
suam: deficient in via. Quidā
eū ex eis de longe venerūt. Et
responderunt ei discipuli sui.
Unde istos q̄s poterit hic satu-
rare panib⁹ ī solitudine: Et in
terrogauit eos. Quot panes
habetis: Qui dixerunt. Septē
Et precepit turbe discūbere su-
per terram. Et accipiens septē
panes: gratias agens fregit:
et dabat discipulis suis vt ap-
ponerent. Et apposuerūt tur-
be. Et habebāt piscículos pau
cos: et ipsos benedixit: ⁊ iussit
apponi. Et manducauerunt ⁊
saturati sunt: ⁊ sustulerunt qđ
superauerat de fragmentis se-
ptem sportas. Erant autē qui
manducauerunt quasi quatu
or milia: ⁊ dimisit eos. Offer.

Sicut in holocaustum arietum et
thaurorū: et sicut in m ilibus agno
rum pinguium: sit fiat sacrificium
nostrum in conspectu tuo hodie: vt
placea t tibi: quia non est confusio
cōfidētibus in te domine. Secre.

Propitiare domine supplica
tionibus nostris: ⁊ has popu
li tui oblationes benignus as
sume: et vt nullius irritum vo
tum: nullius sit vacua postu-
latio: presta quesumus: vt qđ
fideliter petim⁹: efficaciter cō-
sequamur. Per dñm. Cōio.

Inclina aurem tuam: accelera vt
eruas me. Cōpleū. Repleti su-
mus domine munerib⁹ sacris
tribue quesumus: vt eorū mū
demur effectu ⁊ muniamur au
xilio. Per do. Feria quarta.

Ad Romanos. ca. viij.

FRatres. Nūc nihil damna-
tionis est his qui sunt in chri
sto ihesu: qui nō scōm carnē am
bulāt. Lex enī spiritus vite in
christo ihesu: liberauit me a lege
pcti ⁊ mortis. Nā quod im-
possibile erat legi in quo infir-
mabatur p carnē: deus filium
suū mittēs in similitudinē car
nis pcti: ⁊ de pcto damna
uit pctū ī carne: vt iustificatio
legis implerēꝫ in nobis: q̄
nō scōm carnē ambulam⁹ sed
scōm spiritum. Qui enī scōm

carnē sunt: que carnis sunt sapiūt: qui vero ꝺm spiritū sunt que sunt spūs sentiunt. Nam prudētia carnis mors est: prudentia aūt spiritus vita ⁊ pax In christo iesu dño nostro.

Sčom Matheum. ca. xvj.

In illo tēpore. Accesserunt ad iesum scribe et pharisei ⁊ saducei temptantes eum. Et rogauerunt eum: vt signū de celo ostenderet eis. At ille respō dēs: ait illis. Facto vespere dicitis: serenū erit: rubicundum est eī celum. Et mane: hodie tēpestas: rutilat eī triste celū. Faciē ergo celi dijudicare nostis: signa autē temporū nō potestis. Generatio mala ⁊ adultera signum querit: et signum non dabitur ei: nisi signuz ione ꝓphete. Et relictis illis abijt Et cū venissent discipuli eius trans fretū: obliti sunt panes acipere. Qui dixit illis. Intuemini ⁊ cauete a fermēto pharisеoꝝ ⁊ saduceoꝝ. At illi cogitabant intra se dicētes. Quia panes nō acepimus. Sciēs autē iesus dixit. Quid cogitatis inter vos modice fidei: ꝙa panes nō habetis? Nondū intelligitis neqz recordamini ꝙnqz panum: ⁊ quinqz milia hominū et quot cophinos sumplistis? Neqz septē panū in quatuor milia hominū: ⁊ quot sportas sumplistis? Quare nō intelligitis: quia nō de pane dixi vobis: cauete a fermēto phariseorū et saduceoꝝ? Tūc intellexerunt quia nō dixerit cauēdū a fermento panū: sed a doctrina phariseoꝝ et saduceoꝝ. **Feria sexta. Ad Romanos. ca. xiiij.**

Fratres: Unusquisqz nostrum pro se rationē reddet deo. Nō ergo amplius inuicē iudicem⁹. Sed hoc iudicate magis: ne ponatis offendiculū fratri vel scandalū. Sed scio et cōfido in dño iesu: quia nihil cōmune ꝑ ipsuz: nisi ei ꝙ existimat ꝙd cōmune esse: illi cōmune est. Si eī ꝓpter cibū frater tuus contristatur: iā nō scōm charitatē ambulas. Noli cibo tuo illū perdere: pro quo christus mortuus est. Non ergo blasphemet bonū nostrū. Non est eī regnum dei esca ⁊ potus: sed iustitia: ⁊ pax: ⁊ gaudiū in spiritusancto. Per iesum christū dōm nr̄m. **Sčom Lucā. xvij.**

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis. Impossibile est vt nō veniāt scandala. Ve autem illi per quem veniūt. Utilius est illi si lapis molaris ponatur circa collum eius: et proiciatur in mare: qz vt scandalizet vnū de pusillis istis. Attendite vobis. Si peccauerit in te frater tu⁹: increpa illū. Et si pēnitentiā egerit: dimitte illi. Et si septies i die peccauerit in te: ⁊ septies in die cōuersus fuerit ad te dicēs: pēnitet me: dimitte illi. Et dixerūt apostoli domino. Adauge nobis fidem. Dixit autē dñs. Si habueritis fidē sicut granū sinapis: dicetis huic arbori moro: eraditare: et transplantare in mare: et obediet vob. Quis autē vestrū habēs seruū arantem: aut pascentez boues: qui regresso de agro: dicat illi statim: transi: recumbe: ⁊ nō dicit para ꝙ tenem: ⁊ precinge te: et ministra mihi donec manducem et bibā: et post hec tu manducabis ⁊ bibes? Nūquid gratiā habet seruo illi: ꝙa fecit que ei imperauerat? Nō puto. Sic et vos cū feceritis oīa q̄ p̄cepta sunt vob̄ dicite: serui inutiles sum⁹: ꝙa fecim⁹ qd facere debuimus.

dei nostri in mōte sancto ei⁹. **Ōro.**

Deus cuius prouidentia in sui dispositione non fallit̄: te suppliciter exoram⁹: vt noxia cuncta submoueas: et oīa nobis profutura concedas. Per dn̄. **Ad Romanos ca. viij.**

Fratres: Debitores sumus: non carni vt ꝺm carnē viuam⁹. Si eī ꝺm carnē vixeritis: moriemini: si aūt spū facta carnis mortificaueritis: viuetis. Quicūqz eī spū dei aguntr̄: hij sunt filij dei. Nō eī accepistis spiritū seruitutis iterū i timore: sed accepistis spiritū adoptionis filioꝝ: in quo clamamus: abba pater Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro: qꝺ sumus filij dei. Si autē filij ⁊ heredes: heredes quidē dei: coheredes autem christi. **Grad.**

Esto mihi in deum protectorē: et in locū refugij: vt saluū me facias. ℣. Deus in te speraui dñe: nō confundar in eternū. Alleluia. ℣. Te decet hymn⁹ deus in sion: ⁊ tibi reddetur votū in hierusalē. ℣. Replebimur in bonis domus tue: sanctū est templū tuū mirabile i equitate.

Sčoz Matheū. vij

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis. Attēdite a falsis ꝓphetis: qui veniūt ad vos i vesti-

mentis ouiñ: intrinsecus aũt sunt lupi rapaces. A fructibus eoꝝ cognoscetis eos. Nũquid colligũt de spinis uuas: aut de tribulis ficus? Sic oñis arbor bona fructus bonos facit: mala aũt arbor malos fructus facit. Non potest arbor bona malos fructus facere: neq; arbor mala bonos fructꝰ facere. Oĩs arbor que nõ facit fructũ bonũ excidet ⁊ in ignẽ mittet. Igitur ex fructibus eoꝝ cognoscetis eos. Non omnis qui dicit mihi dñe dñe intrabit i regnũ celoꝝ: sed qui facit voluntatẽ patris mei qui in celis est: ipse intrabit i regnũ celoꝝ. **Offer.** Populum humilẽ saluum facies: ⁊ oculos superborũ humiliabis: quoniã quis deus ṗter te dñe. **Secre.** Deus qui legaliũ differẽtias hostiarũ unius sacrificij perfectione sanxisti: accipe sacrificiũ a deuotis tibi famulis: et pari benedictiõe sicut munera abel sanctifica: ⁊ qũ singuli obtulerũt ad maiestatis tue honorẽ tũctis ꝓficiat ad salutẽ. Per. **Gustate** et videte qm̃ suauis est dñs: btũs vir qui sperat i eo. **Tua** nos dñe medicinalis opatio: ⁊ a nostris puersitatibꝰ clemẽter expediat: ⁊ ad ea q̃ sunt recta perducat. Per.

Feria quarta. Ad Romanos ca. v.

Frẽs: Scitis qm̃ cũ adhuc pctatores essem⁹: christus ꝑ nobis mortuus est Multo magis iustificati nunc in sanguine ipsiꝰ salui erimus ab ira per ipsum. Si eñ cũ inimici essemus: reconciliati sumꝰ per mortẽ filij eius: multo magis reconciliati salui erimus in vita ipsius: nõ solũ autẽ: sed ⁊ gloriamur i deo. Per christũ dñm nr̃m. **Sẽm Marcũ. ix.** In illo tpe: Johannes dixit ad iesum. Magister: vidimus quendã in noĩe tuo eicientẽ demonia: qui nõ sequitur nos: et phibuimus eũ. Jesus aũt ait. Nolite phibere eũ Nemo est eñ qui facit virtutẽ in nomine meo: et possit cito male loqui de me. Qui eñ nõ est aduersum vos: ꝑ vobis est Quisquis eñ potũ dederit vobis calicem aque frigide in nomine meo ꝙa christi estis: amẽ dico vobis: non perdet mercedem suam. Et quisquis scãdalizauerit unuꝫ ex his pusillis credentibus in me: bonũ est ei magis si circũdaret mola asinaria collo eiꝰ: et in mare mitteretur. Et si scãdalizauerit te manus tua: abscide illã. Bonũ est tibi debilẽ intrare in vitam: q̃ duas manus habentẽ ire in gehẽnã in ignẽ inextinguibilẽ: vbi vermis eorũ non moritꝫ: et ignis nõ extinguit. Et si pes tuꝰ scãdalizat te: amputa illũ. Bonũ est tibi claudũ intrare i vitã eternã: q̃ duos pedes habentẽ mitti in gehẽnã ignis inextinguibilis: vbi vermis eorũ non moritur: et ignis nõ extinguitur. Quod si oculus tuus scandalizat te: erue eum. Bonũ est tibi luscũ intrare in regnũ dei: q̃ duos oculos habentẽ mitti in gehennaꝫ ignis: vbi vermis eorum non moritur: ⁊ ignis nõ extinguit. **Feria sexta. Ad Romanos** ca. xi.

Frẽs: Obsecro vos ꝑ dñm nostrũ ieſuꝫ christũ: ⁊ ꝑ charitatẽ sancti spũs ut adiuuetis me i orationibus ad deũ: ut liberer ab infidelibus qui sunt in iudea ⁊ obsequij mei oblatio accepta fiat in hierusalẽ sanctis: ut veniã ad vos in gaudio ꝑ volũtatẽ dei: ut refrigerer vobiscũ. Deus autẽ pacis sit cũ oñibꝰ vobis. Jn christo ieſu dño nostro. **Sẽm Matheũ. ca. xxiij.** In illo tẽpore: Dixit ieſus turbis iudeoꝝ ⁊ principibus sacerdotũ. Ve vobis scribe et pharisei hypocrite: q̃ clauditis regnũ celorum ante homines. Vos eñ non intratis: nec introeuntes sinitis intrare. Ve vobis scribe et pharisei hypocrite: qui comeditis domꝰ viduaꝝ: orationes lõgas orantes: ꝓpter hoc amplius accipietis iudiciũ. Ve vobis scribe et pharisei hypocrite: qui circuitis mare et aridam: ut faciatis unũ proselytũ: et cũ fuerit factus: facitis eũ filiũ gehẽne duplo q̃z vos. Ve vob duces ceci qui dicitis. Quicunq; iurauerit ꝑ templũ: nihil est: qui aũt iurauerit in auro templi: debitor est. Stulti ⁊ ceci: q̃d eñ maius est: aurũ: an templũ quod sanctificat aurũ? Et q̃cunq; iurauerit i altari: nihil est. Quicũq; autem iurauerit in dono quod est suꝑ illud: debet. Ceci: quid eñ maius est: donum an altare q̃ sanctificat donũ? Qui ergo iurat i altari: iurat in eo: ⁊ in omnibus que suꝑ illud sunt. Et quicũq; iurauerit in templo: iurat in illo: ⁊ in eo qui habitat in ipso. Et q̃ iurat in celo: iurat i throno dei: ⁊ in eo q̃ sedet suꝑ eũ. Ve vobis scribe ⁊ pharisei hypocrite: qui decimatis mẽtã ⁊ anetũ ⁊ cyminũ: et relinq̃tis que grauiora sunt legis: iudiciũ ⁊ misericordiã ⁊

fidem. Het oportuit facere: ꝛ illa nō omittere. Duces ceci excolātes culicē: camelū aūt glutiētes. Ve vobis scribe ꝛ pharisei hypocrite: q̄ mūdatis quod deforis est calicis et paraplidis: intus autē pleni estis rapina et immūditia. Pharisee cece: mūda prius quod intus est calicis ꝛ paraplidis: ut fiat ꝛ id quod deforis est mundū. Ve vobis scribe ꝛ pharisei hypocrite: q̄ sile's estis sepulchris dealbatis: q̄ a foris apparent hominib⁹ speciosa: intus vero plena sunt ossibus mortuoꝝ ꝛ omni spurcitia. Sic ꝛ vos a foris quidē apparetis hominibus iusti: intus aūt pleni estis hypocrisi et iniquitate. ¶ Bo

minica nona Introi.

Ecce de⁹ adiuuat me: ꝛ dñs susceptor est aie mee: auerte mala inimicis meis: in veritate tua disperde illos, protector meus dñe Ps. Deus in noīe tuo saluū me fac: ꝛ i virtute tua libera me. Ōro.

Largire nobis dñe qñs: semp spiritū cogitādi q̄ recta sunt propiti⁹ et agēdi: ut qui sine te esse nō possim⁹: sm te viuere valeam⁹. Per. eiusdem. Ad Corinthios. j. ca. x.

Fratres: Nō simus cōcupiscentes sicut ꝛ illi cōcupierunt. Neq; ydolatre efficiamini: sicut quidā ex ipsis: quē admodū scriptū est. Sedit populus māducare ꝛ bibere: ꝛ surrexerunt ludere. Neq; fornicemur: sicut q̄dā ex ipsis fornicati sunt: ꝛ ceciderunt una die viginti tria milia. Neq; tēptem⁹ christū: sicut q̄dā eoꝝ tēptauerunt: ꝛ a serpētibus perierunt. Neq; murmuraueritis: sicut quidā eorū murmurauerūt: ꝛ perierī ab exterminatore. Het aūt oīa in figuris cōtingebāt illis: scripta sunt aūt ad correptionē nostrā: ī quos fines seculoꝝ deuenerunt. Itaq; qui se existimat stare: videat ne cadat. Tēptatio vos nō appḥēdat nisi humana. Fidelis autem deus est: qui nō patietur vos tēptari supra id quod potestis: sed faciet cū tēptatione etiā prouentū: ut possitis sustinere. Grad. Domine deus noster: quā admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. ℣. Quoniam eleuata est magnificētia tua super celos. Alleluia. ℣. Attendite popule meus legem meā. Sēm

Lucam. cap. xvj.

In illo tēp⁹ dixit ihesus discipulis suis parabolā hāc. Hō quidā erat diues qui habebat villicū. Et hic diffamatus est apud illū quasi dissipasset bona ipius. Et vocauit eum: et ait illi. Quid hoc audio de te? Redde rationē villicatiōis tue. Jam eī nō poteris villicare. Ait autem villicus intra se. Quid faciā: quia dominꝰ meus aufert a me villicationem? Fodere nō valeo: mendicare erubesco. Scio quid faciā: ut cū amotus fuero a villicatione: recipiant me in domos suas. Cōuocatis itaq; singulis debitoribꝰ dñi sui: dicebat pmo. Quantū debes dño meo? At ille dixit. Cētū cados olei. Dixitq; illi. Accipe cautionē tuā: ꝛ sede cito: ꝛ scribe quinquaginta. Deinde alio dixit. Tu vero quantū debes? Qui ait. Centum choros tritici. Ait illi. Accipe litteras tuas ꝛ scribe octoginta. Et laudauit dñs villicū iniquitatis: quia prudēter fecisset: quia filij huius seculi prudentiores sunt filijs lucis ī generatione sua. Et ego vobis dico: facite vobis amicos de mammona iniq̄tatis: ut cū defeceritis recipiāt vos ī eterna tabernacula. Iusticie dñi recte letificant corda: et dulciora sup mel et fauū: nam ꝛ seruus tuus custodit ea. Offertes

Suscipe munera qñs dñe que tibi de tua largitate

deferimus: ut her sacrosancta mysteria gratie tue operāte virtute: et presentis vite nos conuersatione sanctificent: et ad gaudia sempiterna perducāt. Per. Cōio. Primum querite regnum dei: et omnia adijcientur vobis dicit dominus. Cōpleū. Sit nobis domine reparatio mentis ꝛ corporis celeste mysteriū: ut cuiꝰ exequimur actionē sentiamus effectum. Per. Feria quarta. Ad Romanos. vj.

Fratres: Nescitis qñ cui exhibetis vos seruos ad obediendū: serui estis eius cui obedistis: siue peccati ad mortē siue obeditionis ad iusticiam? Gratias autē ago deo meo: q̄ fuistis serui peccati: obedistis autē ex corde: ī eā formā doctrine ī qua traditi estis. Liberati aūt a peccato: serui facti estis iustitie. Jn christo ihesu dño nostro. Sēm Lucam. xvj.

In illo tempore. Dixit ihesus discipul' suis. Qui fidelis est in minimo: ꝛ in maiori fidelis est: et q̄ in modico iniquus est: ꝛ in maiori iniquus est. Si ergo in iniquo māmona fideles nō fuistis: qđ verū est quis credet vobis? Et si in alieno fideles nō fuistis: quod vestrū est quis dabit vobis? Nemo

seruus potest duob⁹ dominis seruire. Aut eñ vnū odiet: ⁊ alterū diliget: aut vni adherebit et alterū contemnet. Non potestis deo seruire et māmone. Audiebant autem omnia hec pharisei qui erant auari: et deridebant illū. Et ait illis. Vos estis qui iustificastis vos corā hominibus: deus autē nouit corda vestra. Quia quod hominibus altū est: abominatio est ante deū. Feria sexta. j. Ad

EBatres: Corinthios. v. Scripsi vobis i epistola ne cōmisceamini fornicarijs. Nō vtiq; fornicarijs hui⁹ mūdi: aut auaris: aut rapacibus aut idolis seruiētibus: alioq; debueratis de hoc mūdo exisse Nūc autē scripsi vobis nō cōmisceri. Si is qui frater nominat inter vos: ⁊ est fornicator aut auarus: aut idolis seruiēs aut maledicus: aut ebriosus: aut rapax: cuz huiusmodi nec cibū sumere. Quid eñ mihi de his q̄ foris sunt iudicare? Nōne de his q̄ intus sunt vos iudicatis? Nā eos qui foris sunt de⁹ iudicabit. Per iesum christū dñm nr̄m. Scōm Lucā. xj

IN illo tpe: Rogabat iesuz quidā pharisеus ut prandеret apud se. Jesus autē ingressus recubuit. Pharisеus aūt cepit intra se reputās dicere: quare nō baptizat⁹ esset añ prandiū. Et ait dñs ad illum. Nūc vos pharisei quod deforis est calicis et cathini mūdatis: quod aūt int⁹ est vestr̄: plenū est rapina ⁊ iniq̄tate. Stulti: nōne qui fecit quod deforis est: etiā id quod deint⁹ est fecit? Verūtamen quod superest date elemosynā: ⁊ ecce oīa mūda sunt vobis. Sed ve vob̄ pharisеis: q̄ decimatis mentā ⁊ rutā ⁊ omne holus: ⁊ p̄teritis iudiciū ⁊ charitatē dei. Hec autē oportuit facere: ⁊ illa nō omittere. Ve vobis pharisеis q̄ diligitis p̄mas cathedras in synagogis: ⁊ salutationes in foro. Ve vobis qui estis vt monumēta que nō parēt: ⁊ homines ambulātes supra: nesciūt Respōdēs autē quidā ex legisperitis ait illi. Magister: hec dicens etiam contumeliā nobis facis. At ille ait. Et vobis legisperitis ve: qui oneratis homines oneribus q̄ portare nō possunt: et ipsi vno digito vestro nō tāgitis sarcinas ipas.

Bñita decima Intr̄.

OAm clamarē ad dñm: exaudiuit vocē meaz ab his qui appropinquant mihi: ⁊ humiliauit eos qui est ante secula: ⁊ manet in eternū: iacta cogitatū tuū in dño: ⁊ ipse te enutriet. Ps̄. Exaudi dñe iusticiā meā: intēde deprecatio

DAteāt au- Orō. nē meā. res misericordie tue dñe precib⁹ supplicātiū: ⁊ vt petētibus desyderata concedas: fac eos q̄ tibi placita sunt postulare. Per. Ad Corinthios. j. ca.

EBatres: Scitis qñ cūq. xij. gētes essetis: ad simulacra muta prout ducebamini euntes. Ideo notū vobis facio q⁹ nemo in spiritu dei loquēs dicit anathema iesu. Et nemo potest dicere dñs iesus nisi in spiritusancto. Diuisiones vero gratiaz sunt: idē autē spiritus. Et diuisiōes ministrationum sunt: idem autē dñs. Et diuisiōes operationū sunt: idē vero deus: qui operat omnia in oīb̄us. Unicuiq; aūt dat manifestatio spiritus ad vtilitatē. Alij quidem p̄ spiritū datur sermo sapiētie: alij autem sermo scientie scōm eundē spiritum. Alteri fides in eodem spiritu. Alij gratia sanitatū in vno spiritu. Alij operatio virtutū: alij p̄phetia: alij discretio spirituū: alij genera linguaz: alij interpretatio sermonum. Hec autē omnia operat⁹ vnus atq; idē spūs: diuidens singulis prout vult. Grad. Custodi me dñe vt pupillā ocli: sub vmbra alarū tuarū protege me. ℣. De vultu tuo iudiciū meuz prodeat: oculi tui videāt equitatē. Alla. ℣. Exultate deo adiutori nostro iubilate deo iacob: sumite psalmū iocundū cū cythara. Scōm Lucam. xix.

IN illo tempore. Cū appropinquaret iesus hierusalē videns ciuitatem: fleuit super illam dicens. Quia si cognouisses: et tu. Et quidē i hac die tua que ad pacem tibi: nūc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te: et circundabunt te inimici tui vallo: et coangustabunt te vndiq; ⁊ ad terrā p̄sternēt te: ⁊ filios tuos qui in te sunt. Et nō relinquent in te lapidē sup lapidē: eo q⁹ nō cognoueris tempus visitatiōis tue. Et ingressus in templū: cepit eijcere vendentes et ementes: dicēs illis. Scriptū est quia domus mea domus orationis vocabitur. Vos aūt fecistis illā speluncā latronū. Et erat quotidie docēs in tēplo. Offer. Ad te dñe leuaui aiam meā: de⁹ meus in te cōfido nō erubescā: neq; irrideāt me inimici mei: etenim vniuersi qui te expectant nō confundētur. Secre.

Concede nobis hec quesum⁹ dñe digne frequentare mysteria: ꝙa quotiens huius hostie cõmemoratio celebraf: opus nostre redemptionis exercef. Per dñm. Cõio. Acceptabis sacrificium iusticie oblationes ⁊ holocausta super altare tuũ domine. Tui nobis domine cõ Cõplẽ. munio sacramenti: ⁊ purificationẽ conferat: et tribuat unitatem. Per dñ. Feria quarta. Ad Corinthios. j. ca. xv.

Fratres: Nõ omnis caro eadẽ caro: sed alia hoim: alia pecorũ: alia volucrũ: alia autẽ piscium. Et corpora celestia: ⁊ corpa terrestria. Sed alia quidem celestiũ gloria: alia autẽ terrestriũ: alia claritas solis: alia claritas lune: et alia claritas stellarũ. Stella eñ a stella differt in claritate. Bifferт ⁊ sic resurrectio mortuorũ. Seminaf in corruptiõe: surget in incorruptiõe. Seminaf in ignobilitate: surget in gloria. Seminatur ī infirmitate: surget in virtute. Seminatur corpus animale: surget corpus spirituale. Si est corp⁹ animale: est et spiritale: sicut scriptum est. Factus est primus homo adã in animã viuẽtẽ: nouissimus adam in spiritũ viuificantẽ. Sed nõ prius qđ spiritale est: sed quod animale: deinde quod spiritale. In christo iesu dño nostro. Sdm Lucam. ca. xxj.

In illo tpe: Bixit ihesus discipul' suis. Cũ videritis hierusalẽ circũdari ab exercitu: tũc scitote quia appropinq̃bit desolatio eius. Tũc q̃ in iudea sunt fugiãt ad montes: et qui in medio eius discedant: ⁊ qui in regiõibus: nõ intrẽt in eã: ꝙa dies ultiõis hij sunt: ut impleanf oñia que scpta sunt Ve autẽ pregnãtibus ⁊ nutriẽtibus in illis diebus. Erit eñ pressura magna sup terram: ⁊ ira populo huic. Et cadent in ore gladij: ⁊ captiui ducentur in omnes gẽtes. Et hierusalẽ calcabif a gentibus: donec impleantur tempora nationum. Et erunt signa in sole ⁊ luna ⁊ stellis: ⁊ in terris pressura gentiũ pre cõfusione sonitus maris ⁊ fluctuũ. Arescẽtib⁹ hominibus p timore ⁊ expectatione que supueniẽt uniuerso orbi. Feria sexta. Ad Corinthios

Fratres: Au j. ca. v. ⁊. vj ferte malũ ex vobisipsis Audet aliq̃s vr̃m habẽs negocium aduersus alterũ iudicari apud iniquos: ⁊ nõ apud sanctos. An nescitis quoniã sanctι de hoc mũdo iudicabũt. Et si in vobis iudicabif mũd⁹: indigni estis q̃ de minimis iudicetis. Nescitis qñ angelos iudicabim⁹: quanto magis secularia. Secularia igif iudicia si habueritis: et cõtẽptibiles qui sunt in ecclesia: illos cõstituite ad iudicãdũ. Per iesum christũ dñm nr̃m. Sdm Lucam

In illo tpe: Bixit ihesus discipulis suis. Attendite vobis ne forte grauenf corpa vra crapula ⁊ ebrietate ⁊ curis hui⁹ vite: et supueniet ī vos repẽtina dies illa. Tanq̃ laqueus eñ supueniet in oẽs qui sedent sup faciẽ oĩs terre. Vigilate itaq̃ oñi tpe orãtes: ut digni habeamini fugere ista oĩa q̃ futura sunt: ⁊ stare ante filiũ hoĩs. ℭ Dñica. xj. Introitus

Deus in loco sancto suo: deus q̃ inhabitare facit unanimes in domo: ipse dabit virtutẽ ⁊ fortitudinẽ plebi sue. Ps. Exurgat deus et dissipentur inimici eius: ⁊ fugiant qui oderũt eũ a facie eius. Deus qui Orõ. omnipotentiã tuã parcendo maxime et miserãdo manifestas: multiplica super nos gratiã tuã: ut ad tua promissa currentes: celestiũ bonorũ facias esse consortes. Per dñ.

Ad Corinthios. j. ca. xv.

Fratres: Notũ vobis facio euãgeliũ quod pdicaui vobis: quod ⁊ acepistis: in quo ⁊ statis: per quod et saluemini: qua ratione predicauerim vobis si tenetis: nisi frustra credidistis. Tradidi eñ vobis ī primis quod et acepi: qñ christ⁹ mortuus est p pctatis nostris ꝟm scpturas: et ꝙa visus est cephe: ⁊ post hoc undecim. Deinde visus est plus q̃ quingẽtis fratrib⁹ simul: ex q̃bus multi manẽt usq̃ adhuc: quidã aũt dormierunt. Deinde visus est iacobo: deinde apl'is oñibus. Nouissime aũt omniũ tanq̃ abortiuo visus est ⁊ mihi. Ego eñ sum minimus apostolorũ: qui nõ sum dign⁹ vocari apostolus: qñ psecutus sum ecclesiã dei. Gra aũt dei sum id qđ sum. Et gra ei⁹ in me vacua nõ fuit. Grad. In deo speravit cor meũ et adiutus sum: ⁊ refloruit caro mea: ⁊ ex volũtate mea cõfitebor illi. ℣. Ad te domine clamaui deus me⁹: ne sileas: ne discedas a me. Alleluia. ℣. Domine de⁹ salutis mee: in die clamaui ⁊ nocte coram te.

Sdm Lucam. cap. xviij.

In illo tempore: Bixit ihesus ad quosdam qui in se cõfidebant tanq̃ iusti: et asperna-

banꝭ ceteros:parabolã istam. Duo homines ascenderũt in templũ vt orarent:vnus pharisꝰ ⁊ alter publicanꝰ. Pharisꝰ stãs:hec apud se orabat Deus gratias ago tibi: ꝙa nõ sum sicut ceteri hominũ:raptores:iniusti:adulteri:velut etiã hic publicanꝰ. Jeiuno bis in sabbato:decimas do oĩa que possideo. Et publicanus a lõge stãs:nolebat nec oculos ad celum leuare: sed percutiebat pectꝰ suũ dicens. Deus ꝓpicius esto mihi peccatori. Dico vob: descẽdit hic iustificatus in domũ suã ab illo: quia oĩs qui se exaltat humiliabiꝫ: et qui se humiliat exaltabiꝫ. Offer. Exaltabo te dñe qm̃ suscepisti me:nec delectasti inimicos meos sup me:domine clamaui ad te: et sanasti me. Tibi dñe sacrificia dicata reddãtur accepta:q̃ sit ad honorẽ nois tui deferenda tribuisti:vt eadẽ remedia nostra fieri pstares. Ꝑ. Cõio. Honora dñm de tua substãtia:⁊ de primitijs frugũ tuarũ: vt impleant horrea tua saturitate: et vino torcularia redundabũt. Cõpleñ. Oĩs dñe deus noster:vt quos diuinis nõ desinis reparare sacramentis:tuis non destituas benignus auxilijs. Per dñm.

Feria ẽrta. Ad Corinthios. j.

Frẽs:Nescitis qm̃ ca. vj. corpa vestra mẽbra sunt christi. Tollẽs ergo membra christi:faciã membra meretricis:Absit. An nescitis qm̃ q̃ adheret meretrici vnũ corpꝰ efficit? Erũt em̃ inq̃t duo in carne vna Qui aũt adheret dño vnꝰ spũs est. Fugite fornicationẽ Omne em̃ peccatũ qcũq; fecerit hõ extra corpꝰ est. Qui aũt fornicaꝫ i corpꝰ suũ peccat: An nescitis qm̃ mẽbra vra templũ est spũssancti q̃ i vobis est:quẽ habetis a deo:⁊ nõ estis vestri: Empti em̃ estis ꝓcio magno: glorificate ⁊ portate deũ in corde ⁊ corpe vestro. Euangeliũ. In il. tpe:Di. ihesus pharisеis Qui nõ est mecũ cõtra me est. Require feria quarta aĩ Esto mihi. Feria sexta. Ad Romanos. xiiij.

Frẽs:Que panis sunt sectemur:⁊ q̃ edificatiõis sunt: in inuicẽ custodiamus. Noli ꝓpter escam destruere opus dei. Oĩa q̃dẽ mũda sunt: sed malũ est homini q̃ p offendiculũ mãducat. Bonũ est nõ manducare carnẽ:et non bibere vinũ: neq; in quo frater tuus offendiꝫ aut scãdalizatur aut infirmaꝫ. Tu fidẽ quã habes penes temetipsum:

habe cora deo. In christo iesu dño nostro. Stõm Lucã. xvij

In illo tpe. Interrogatꝰ ihesus a pharisеis qñ venit regnũ dei:Respondẽs eis dixit Non venit regnũ dei cũ obseruatiõe:neq; dicẽt:ecce hic: aut ecce illic. Ecce em̃ regnũ dei intra vos est. Et ait ad discipulos suos. Veniẽt dies qñ desyderetis videre vnũ diẽ filij hoĩs ⁊ nõ videbitis. Et dicẽt vobis Ecce hic:⁊ ecce illic. Nolite ire: neq; sectemini. Nã sicꝫ fulgur choruscãs de sub celo i ea q̃ sub celo sunt fulget:ita erit filiꝰ hominis in die sua. Primũ aũt oportet illũ multa pati ⁊ reprobari a generatiõe hac. Et sicut factũ est i diebus noe:ita erit ⁊ in diebꝰ filij hoĩs. Edebãt ⁊ bibebãt:vxores ducebãt:⁊ dabãtur ad nuptias vsq; i diẽ q̃ intrauit noe in archã: ⁊ venit diluuiũ et pdidit oẽs. Silr sicut factũ est i diebꝰ loth. Edebant ⁊ bibebãt: emebãt et vendebãt plantabãt et edificabãt. Qua die autẽ exijt loth a sodomis: pluit ignẽ ⁊ sulphur de celo:et oẽs pdidit. Stõm her erit qua die filiꝰ hoĩs revelabiꝫ. In illa hora q̃ fuerit in tecto:⁊ vasa eius in domo:ne descẽdat tollere illa:et qui in agro:similiter non redeat retro. Memores estote vxoris loth. Quicunq; quesierit aiaꝫ suã saluã facere pdet illã. Et quicũq; pdiderit illã:viuificabit eã. Dico vobꝭ in illa nocte erũt duo in lecto vno:vnus assumeꝫ: ⁊ alter relinqueꝫ. Due erũt molẽtes in vnũ:vna assumeꝫ:⁊ altera relinqueꝫ. Duo i agro vno:vnꝰ assumeꝫ:⁊ alter relinqueꝫ. Respõdentes dicũt illi. Vbi dñe: Qui dixit illis. Vbicunq; fuerit corpꝰ: illuc cõgregabunꝫ ⁊ aquile. ℂ Bñica duodecima

Deus in adiutoriũ Intr̃. meũ intende:dñe ad adiuuãdũ me festina: cõfundãtur ⁊ reuereanꝫ inimici mei: q̃ querũt animã meã. Ps̃. Auertãtur retrorsum et erubescãt:qui cogitãt

Orõ. Dñe sps mihi mala. sempiterne deus: q̃ abũdantia pietatis tue: et merita supplicũ excedis ⁊ vota: effunde sup nos misericordiã tuã: vt dimittas q̃ consciẽtia metuit: et adijcias qd̃ orõ nõ psumit. Ꝑ. Ad Corinthios. ij. ca. iij.

Frẽs:Fiduciã talẽ habem̃ ꝑ christũ ad deũ:nõ q̃ sufficientes sim̃ cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis: sed sufficiẽtia nostra ex deo est qui et idoneos nos fecit minis-

stros noui testamẽti: non littera sed spiritu. Littera eñ occidit: spūs aũt viuificat. Quod si ministratio mortis litteris deformata ī lapidibus fuit in gloria: ita vt nō possent intẽdere filij israel in faciẽ moysi: ꝓpter gloriã vultus eius que euacuatur: quō nō magis ministratio spirit⁹ erit in gloria: Nã si ministratio damnationis in gloria est: multo magis abundat ministerium iustitie in gloria. Grad. Benedicã dominũ in omni tempore: semꝑ laus eius in ore meo. ℣. In dño laudabitur anima mea: audiant mansueti et letentur. Alla. ℣. Domine refugiũ fact⁹ es nobis: a generatiõe ī ꝓgenie. Scõm Marcũ. vij

In illo tpe: Exiẽs iesus de finibus tyri: venit p sydonem ad mare galilee: inter medios fines decapoleos. Et adducũt ei surdũ et mutũ. Et deprecabãtur eũ vt imponat illi manũ. Et apprehendẽs eũ de turba seorsũz: misit digitos suos in auriculas eius: ī expuẽs tetigit linguã eius: et suspiciens in celũ: ingemuit: et ait illi. Effeta: quod est adaperire. Et statim apte sunt aures ei⁹: et solutum est vinculũ lingue eius: et loquebatur recte. Et ꝓcepit illis ne cui dicerẽt. Quãto autẽ eis ꝓcipiebat: tãto magis plus predicabant: ī eo amplius admirabãtur dicentes. Bene oñia fecit: ī surdos fecit audire: ī mutos loqui. Offer.

Precatus est moyses in conspectu dñi dei sui: et dixit: precat⁹ est moyses in conspectu dñi dei sui: et dixit quare dñe iraseris in populo tuo: parce ire animi tui: memẽto abraã ysaac et iacob: quibus iurasti dare terrã fluentẽ lac et mel: et placatus factus est dñs de malignitate quã dixit facere populo suo. Secreta.

Respice qñs dñe ad nostrã ꝓpitius seruitutẽ: vt hoc quod tibi offerimus: tibi sit munus acceptũ: sit nostre fragilitatis subsidium. Per dñm. Cõio.

De fructu operũ tuoꝝ dñe satiabitur terra: vt educas panẽ de terra: et vinũ letificet cor hominis: vt exhilaret faciẽ ī oleo: ī panis cor hois cõfirmet. Cõpl. Sentiam⁹ dñe qñs tui ꝓceptione sacramenti subsidiũ mẽtis et corpis: vt in vtroqꝝ saluati celestis remedij plenitudine gloriemur. Per dñm. Feria ꝗrta. Ad Corinthios. ij. ca. iiij.

Fratres: Non eñ nosmetipsos ꝓdicamus: sed dominuꝝ iesum christum. Nos autẽ seruos vestros per iesum: quoniã deus

qui dixit de tenebris lucẽ splẽdescere: illuxit in cordibus nostris ad illuminationẽ sciẽtie claritatis dei in faciẽ iesu christi. Habemus autẽ thesaurum istũ in vasis fictilibus: vt sublimitas sit virtutis dei: ī nõ ex nobis. In oñib⁹ tribulationẽ patimur: sed nõ angustiamur Aperiamur: sed non destituimur. Persecutionẽ patimur: sed nõ derelinquimur. Humiliamur: sed nõ confundimur. Beiscimur: sed non ꝑimus. Semꝑ mortificationem iesu christi ī corpore nostro circũferentes: vt ī vita iesu in corporibus nr̃is manifestetur. Scõm

In illo tpe Matheũ. ca. ix.

Trãseũte iesu: secuti sunt eum duo ceci clamãtes ī dicentes. Miserere nostri fili dauid Cũ autẽ venisset domũ: accesserunt ad eum ceci: et dicit eis iesus. Creditis quia hoc possuꝝ facere vobis: Dicũt ei. Etiqꝝ dñe. Tunc tetigit oculos eorũ dicens. Scõm fidem vestrã fiat vobis. Et aperti sunt oculi eoꝝ. Et comminatus est eis iesus dicẽs. Videte ne quis sciat Illi autẽ exeuntes diffamauerũt eũ in tota terra illa. Egressis aũt illis obtulerũt ei hominem mutum demoniũ habentem. Et eiecto demonio locutus est mutus. Et mirate sunt turbe dicentes. Nunqꝝ apparuit sic in israel. Pharisei autem dicebant. In principe demoniorum eijcit demonia. Et circuibat iesus ciuitates et castella: docẽs in synagogis eorum: et predicans euangeliũ regni: et curãs oẽm lãguorẽ ī oẽm infirmitatẽ. Feria sexta Ad Romanos ca. xiij. et. xv.

Fratres: Beatus qui nõ iudicat semetipsuꝝ in eo quod probat. Qui autẽ discernit si manducauerit: damnatus est: quia nõ ex fide. Omne autẽ quod nõ est ex fide: peccatum est. Debemus aũt nos firmiores imbecillitates infirmorũ sustinere: ī nõ nobis placere. Unusquisqꝝ vestrũ ꝓximo suo placeat in bonũ: ad edificationẽ. In christo iesu dño nostro. Scõm Matheum. ca. v.

In illo tẽpore: Dixit iesus discipulis suis. Nolite putare quoniã veni soluere legẽ aut ꝓphetas. Nõ veni soluere: sed adimplere. Amẽ quippe dico vobis: donec trãseat celũ et terra: iota vnũ aut vn⁹ apex non ꝑteribit a lege: donec oĩa fiãt. Qui ergo soluerit vnum de mandatis istis minimis: et

docuerit sit hoies: minim⁹ vocabit in regno celoꝝ. Qui aũt fecerit et docuerit: hic magnus vocabitur in regno celorum.

¶ Bñica decimatertia Intr̃.

REspice in testamentũ tuũ et animas pauperũ tuorũ ne derelinquas in finẽ: exurge dñe et iudica causam tuã: ⁊ ne obliuiscaris voces querentium te. Ps̃. Ut quid dñe repellis in finẽ: iratus est furor tu⁹ sup oues pascue

OMps sempi- Oro. ternę deus: de cui⁹ munere venit: ut tibi a fidelib⁹ tuis digne et laudabiliter seruiat̃: tribue qñs nobis: ut ad pmissiones tuas sine offensiõe curram⁹. ¶ Per dn̄. Ad Gallathas

FRatres: Abrae dicta. iij. cte sunt pmissiones et semini ei⁹. Nõ dicit ⁊ seminib⁹: quasi in multis: sed q̃si in uno et semini tuo ꝙ est christ⁹. Hoc aũt dico testamentũ cõfirmatũ a deo: que post quadringentos et triginta annos facta est lex: nõ irritũ facit ad euacuandã pmissionẽ. Nã si ex lege hereditas: iam nõ ex pmissione. Abrae aũt p repromissionem donauit deus. Quid igit̃ lex? Propter trãsgressionẽ posita est: donec veniret semẽ cui promiserat: ordinata per angelos in manu mediatoris. Mediator aũt unius nõ est: deus aũt unus est. Lex ergo aduersus pmissa dei? Absit. Si enim data esset lex q̃ posset uiuificare: vere ex lege esset iusticia. Sed cõclusit scriptura oĩa sub peccato: ut pmissio ex fide ielu christi dar̃ credẽtib⁹. Grad. Respice dñe in testamentũ tuũ: et animas pauperũ tuoꝝ ne obliuiscaris in finem. ℣. Exurge domine et iudica causam tuam: memor esto opprobrij seruoꝝ tuorum. Alla. ℣. Venite exultemus dño: iubilemus deo salutari nostro. ℣. Preoccupemus faciẽ eius in confessione: et in psalmis iubilemus ei. Sdm

IN illo tpe: Bi Lucam. ex. xit ielus discipulis suis. Beati oculi qui vidẽt que vos videtis. Dico enim vob: q̃ multi reges ⁊ pphete voluerũt videre que vos videtis ⁊ non viderũt: ⁊ audire que auditis: ⁊ nõ audierũt. Et ecce quidã legisperitus: surrexit temptans illũ ⁊ dicens. Magister: quid faciendo vitã eternã possidebo? At ille dixit ad eũ. In lege q̃d scriptum est? Quõ legis? Ille respondens dixit. Diliges dñm deũ tuũ ex toto corde tuo et ex tota aĩa tua et ex oĩbus viribus tuis et ex oĩ mẽte tua: et pxi-

